cipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquam perveniat ad vitalia, vini natura excalfactoria. Sed in vino pota irremediabilis existimatur. Semine trito expressus succus et sole densatus in pastillos necat sanguine spissando. Haec altera vis; et ideo sic necatorum maculae in corporibus apparent. Livorem solus praeter Plinium Aetius memorat. Eadem fere Dioscor. 4. 79. Theophrastus H. P. 9. 8. ἔστι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ῥιζῶν τὸ χύλισμα ἀσθενέστερον τοῦ καρποῦ, τοῦ κωνείου δὲ ἰσχυρότερον καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν ῥαδίως ποιεῖ καὶ θᾶττον, μικρὸν πάνυ κατὰ πότον δοθέν. Ex quo loco constat succum conii fuisse non spissum sed aqueum; ideo χύλισμα dicitur. Idem caput 17. refert Thrasyam Mantinensem conium ex locis umbrosis et frigidis praetulisse ad veneni compositionem; Chios vero, cum antea, ut reliqui Graeci, radicem conii conterere solerent, postea hoc more relicto radicem cortice ablato in mortario contudisse, farinamque bene cribratam aquae inspersisse in usum veneni. Ubi tamen Bodaeus malebat ἐπ' οἶνον legere pro ἐφ' ὕδωρ. Pro Chiis alii nominant Coos. Sanguinem a cicuta refrigeratum densari tradit etiam Aelianus H A. 4. 23. addens sues sine noxa cicutam comedere. De capris idem Lucretius V. 597. de sturnis Galenus S. M. T. 3. 18. De capris traditionem falsam in cicuta virosa Linnaei experti sunt nuper Sueci. Ocimum quoque capras aspernari Chrysippus medicus olim tradiderat, auctore Plinio 20. f. 48. sed ocimum insecuta aetas acriter defendit: *nam illud esse capras, nec cuiquam mentem motam* addit Plinius; ubi tamen Codex Vesontinus Chiffletii habet scriptum: *nam id esse capras, nec minus quam mentham aut rutam*; teste G. H. Welsch de Aeagropilis p. 37. quam veram esse lectionem confirmat etiam Vincentius Spec. natur. 10. c. 102.

Ceterum κώνειον et ἀκόνιτον quidam temere permutarunt scriptores; ut patet ex Stephano Byz. in ἀκόναι; et Erotianus in Glossario monet Italiotas cicutam nominare κάμμορον. Vide Salmasii Homonym. p. 59.

v. 187. Φοινόν. Scholia: πεφοινιγμένον ἢ ὀλέθριον, φόνιον κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ι. Eutecnius: ὑπάρχει δὲ πιόντι κώνειον βλάπτεσθαι μάλιστα τὴν κεφαλὴν, φοινίττεσθαι δὲ ὡς ὅτι μάλιστα τὸ σῶμα. Etymol. M. in φοινικοῦν — ἢ παρὰ τὸ φοινόν. τοῦτο παρὰ τὸ φόνος πλεονασμῷ τοῦ ἰῶτα καὶ καταβιβάσει τοῦ τόνου φοινὸς ἤγουν πυῤῥός. Sed h. l. unice probari debet interpretatio illa, ut pro φόνον seu exitio dicatur.

v. 188. Φέρων M. R. Dioscorides: κώνειον ποθὲν ἐπιφέρει σκοτώματα καὶ ἀχλὺν, ὥστε μηδ' ἐπ' ὀλίγον βλέπειν. λυγμόν τε καὶ διανοίας παραφορὰν, καὶ ψύξιν ἄκρων. ἐπὶ τέλει δὲ σπώμενοι πνίγονται στάσιν λαμβάνοντος τοῦ κατὰ τὴν ἀρτηρίαν πνεύματος. ubi Paulus habet πνιγμὸν καὶ στάσιν λαμβάνοντες. Sed μηδὲ τὸν ἥλιον βλέπειν legendum est ex Actuario, etsi etiam Aetius habet μηδ' ὀλίγον βλέπειν, qui praeterea ἄκρων omisit; contra is addit: ἐπακολουθεῖ δὲ καὶ πνιγμὸς, νωθρότης τε καὶ πελιότης. ἐπὶ τέλει δὲ πνίγονται — λαμβάνοντες κατὰ τὴν ἀναπνοὴν πνεύματος. Actuarius legit: πνιγμοῦ τάσιν λαμβάνοντος vel simili modo. Vertit enim interpres ejus: praefocationis tensione corripiuntur arteriarum spiritu intercepto. Scribonius c. 47. Cicutam potam caligo, mentisque alienatio, et artuum gelatio insequitur, ultimoque praefocantur, nihilque sentiunt.

v. 189. Ἐμπλάζοντες M. R. Lorr. Paris. Scholia: σφαλλόμενοι δὲ τοῖς σκέλεσι ταῖς χερσὶ βαδίζουσι, ὅ ἐστι πίπτοντες ἐπερείδονται αὐταῖς. Eutecnius: πόδες τε οὐκ ἔτι δύνανται αὐτοῖς τὸν χρώμενον φέρειν καὶ αἱ χεῖρες, ὡς αἱ τῶν ἐν τῷ σκότῳ βαδιζόντων ἀνὰ τοὺς στενωποὺς πλανώμεναί εἰσι καὶ ἐπαφωμένων τὸν ἀέρα.

v. 190. Ὑπονείατο Paris. Scholia: ἤτοι τὰ ἐσωτέρω καὶ κατωτέρω τοῦ στόματος. Eutecnius: ὑπολαμβάνει τοιγαροῦν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις πνιγμὸς, καὶ στενουμένης τῆς φάρυγγος ἐμφράττεσθαι δοκεῖ. Videtur igitur Eutecnius lectionem Paris. non vulgatum ὑπὸ νείατα expressisse, quam ipse etiam praefero.

v. 191. Ἐφράσσεται Paris. Dictum est pro ἐμφράσσεται.

v. 192. Δ' ἐπιψύχει Ricc. Parif. Vulgo δέ τοι ψύχει. Eutecnius: ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ἄρθρων ἐπιψυχομένων, οὐκ ἔτι σωφρονεῖ etc.

v. 193. Στέλλονται. Scholia: αἱ ἀρτηρίαι μεγάλως σφύζουσι, ἢ αἱ πρὶν ἐῤῥωμέναι συστέλλονται. Eutecnius: οὐκ ἔτι σωφρονεῖ, ἀλλὰ σκοτούμενος ὡς τὰ πολλὰ κατὰ τῆς γῆς πίπτει. καὶ καθάπαξ πρὸς τὸν θάνατον ὁρᾷν ὁ τοιοῦτος δοκεῖ. In quibus non apparet, quam lectionem expreſſerit Eutecnius. Sanguinem refrigeratum denſari a cicuta docent medici graeci, quorum pars τοῦ κατὰ τὴν ἀρτηρίαν πνεύματος στάσιν nominat, ex antiqua ſcilicet opinione, quae ſanguinem venis, arteriis ſpiritum ineſſe ſtatuebat. Nicander venas quamvis fortiſſimas frigore contrahi ait, itaque frigore ſanguinem denſari voluit ſignificare. Altera Scholiorum interpretatio de pulſatione arteriarum forti eſt plane inepta.

Παῦρον ἀλύξει Medic. In Scholiis memoratur varietas haec, ſed ibi Codex Lorr. habet bis ἀλύζει. Parif. et Mosquenſis ἀτύζει. Atque ita Scholia: ἀτίζει (Lorr. ἀτύζει) ἀντὶ τοῦ ἀτενίζει, βλέπει νῦν, ἢ ἕλκει, ὅ ἐστι σπᾷ τὸν ἀέρα, καὶ ὀλίγον ἀναπνεῖ. εἰ καὶ ἐπὶ τῆς ταραχῆς αὐτὸ τέθεικεν Ὅμηρος εἰκὼς πατρὸς Φίλου ὄψιν ἀτιχθείς. (Lorr. ἀτυχθείς) Scholia prima Goett. παῦρον ἀλέξει. ἀναπνεῖ, ἀποβλέπει, ἢ παρσπᾷ τὸν ἀέρα καὶ ὀλίγα πνεῖ. Scholia recentiora: ἀτύζει δὲ νῦν etc. In ipſo textu Goett. liber habet ἀλέξει, ſupraſcripto ἀέξει οἱονεὶ ἔχει, in margine: γρ. καὶ ἀτυ. . . . Voluit ἀτύζει. Vulgare ἀτίζει eſt etiam in Iliade Υ. 165. ubi ἀτίζων Euſtathius explicat περιφρονῶν. Vide etiam Schol. Theocrit. I. 56. Sed comparemus Etymol. M. p. 108. l. 13. ἀτύζων. ὁ δ' ἠέρα παῦρον ἀτύζει οἷα κατηβολέων, ἀντὶ τοῦ καταπίπτων σώματι καὶ ψυχῇ. Ψυχὴ δ' ἀΐδωνέα λεύσσει. ἀτίζων ἀφροντιστῶν. ἀτύζων, ἄτῃ περιφερόμενος, καταπίπτων. οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήμασι Νικάνδρου Θηριακῶν. Legit igitur olim in h. l. ἀτίζει et ἀτύζει. Equidem ἀτίζει, i. e. ἀφροντιστῶν praefero. Qualem lectionem Scholia ἀτενίζει vel ἕλκει interpretentur, non excogito.

v. 19.

v. 194. Κατηβολέων. Scholia: λειποθυμῶν, τὴν ὑστάτην εἱμαρμένην ἔχων. ὁ δὲ οἷα ἐν καταβολῇ ὢν καὶ κάτω διὰ λειποθυμίαν βλέπων, ὀλίγον ἀέρα διὰ τῆς ἀναπνοῆς ἕλκει, τὸν θάνατον ὁρῶν καταπλήττοντα. Infra versu 458. ὄφρα κατηβολέων ὀλοὸν διὰ κῶμα κεδάσσῃ. Plato in Gorgia: ὅταν οὖν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ αὕτη τῆς ἀσθενείας. Hesychius: καταβολή·— ἡ τοῦ πυρετοῦ περίοδος καὶ ὁρμὴ — καὶ ἱερὰ νόσος. Vocabulum est Hippocraticum. Unde Galenus in Glossario κατηβολέοι explicat περιοδικαῖς ἀρχαῖς παροξυσμῶν. Photius: κατηβολὴ περιοδικὴ νόσος.

v. 195. Ἢ ἀναμισγέος M. R. Eutecnius: δόξαις μέντ' ἂν βοηθεῖν τῷ κάμνοντι ταύτῃ καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ φαρμάκου αὐτὸν ἐξείργειν συμφορᾶς, εἰ δίδοις ἔλαιον καθ' ἑαυτὸ καὶ οἶνον εἰς κόρον, ὥστε πίνειν θερμὸν καὶ ἄκρατον τοῦτον, ἵνα δὴ τοῦτο τὸ φάρμακον μετά τε τοῦ οἴνου καὶ ἐλαίου ἀναμιγνύμενον ἔνδον, εἶτα ἀπεβλυσθὲν (ἀποβληθὲν Goett.) ἀπαθῆ τὸν μετεσχηκότα αὐτοῦ φυλάξῃ τῶν ἐξ αὐτοῦ κακῶν. ubi verba priora ita habet Goett. liber: τοῦτον τὸν πεφαρμακευμένον πότιζε ἐν . . . . . καὶ οἶνον ὁμοίως εἰς κόρον ἄκρατον, ἵνα δὴ etc. Eutecnius vulgatam expressit.

v. 196. Ἐξερύγησε Paris.

v. 197. Ὀπλίζεο. Scholia: τεῦχος κατασκεύαζε ἐμβαλὼν, ἀντὶ τοῦ παραπέμψας. ἐν δὲ τῷ μὴ λέγειν κλυστῆρα ποιὸν, δῆλον ὅτι κεῖνον λέγει. Eutecnius: ἔνιοι δὲ καὶ τὴν γαστέρα ἐλαίῳ πρότερον ὑπέχριον. καθαίρων γὰρ αὐτὴν διὰ τοῦ κλυστῆρος εἰς ῥαστώνην ἄξεις. Intelligit igitur clysterem ex oleo.

v. 198. Δάφνης. Scholia: Θεσσαλικῆσι, διότι πρῶτον ἐκεῖ εὑρέθη τὸ φυτόν. Eutecnius: ἀλλὰ μὴν καὶ οἴνου μετὰ καὶ τούτου ἀκράτου δαύκου τε ὁμοίως τῆς βοτάνης τὰ ἁπαλώτατα καυλία ἢ δάφνης τὰ φύλλα, ἣν τὰ Θεσσαλίας μὲν τὸ πρῶτον ἐκόμισε Τέμπη, ἐστεφανώσατο δὲ ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων τὴν κεφαλὴν τοῖς ἐκείνης κλάδοις. Sequitur Nicander illos qui Daphnen Penei filiam tradiderunt; alii Ladonis Arcadici

radici fecerunt. Diosc. et Aetius: δάφνης τὰ φύλλα. in
medio posuit Paulus: δάφνης τὰ ἁπαλὰ φύλλα. Actuarius:
δάφνης τὰ σπέρματα.

v. 199. Ἢ δαύκοιο. Ita vulgo legitur. Sed ἠδ' αὐχμοῖο M. R. G. δαυχμοῖο Paris. Deinceps καυλέα M. R. G. P. et Lorr. In Goett. etiam εὐκαυλέα annotatum est. Vulgo καυλία. Scholia: λέγει δὲ ἢ ἀπὸ δάφνης μετὰ κοινοῦ πόσιν δίδου, τουτέστι δαφνέλαιον δίδου πιεῖν. ubi manifesto quaedam desunt. Eutecnius vulgatam expressit, sed daucum ante laurum collocat, laurique folia nominat. Glossa interl. Goett. ad αὐχμοῖο habet ξηρᾶς. Possis suspicari olim h. l. ut alibi δαύχνοιο scriptum fuisse; sed dauci mentionem hoc loco non ferunt leges grammaticae; nec daucum in remediis contra cicutam memorant medici graeci aut latini. Igitur in voce vitiosa latet epitheton lauri; quod investigare nondum potui.

v. 201. Μίγα M. R. G. Editio Stephani, et Lectii. Vulgo μέγα. Deinceps λειήνας Paris. λιήνας Goett. Scholia: καὶ κνίδης σπέρμα σὺν πεπέρει λεάνας διὰ τὸ σφόδρα θερμαντικὸν δίδου χρῆσθαι. Eutecnius: πέπερί τε καὶ κνίδης σπέρμα ἅμα τρίψας συναναλάμβανε, προσεπιβάλλων δηλαδὴ καὶ ὀποῦ καὶ ἰρίνου μύρου. Diosc. πεπέρεως μετὰ κνίδης σπέρματος σὺν οἴνῳ. Ita enim ex Aetio legendum est. In Parabil. πέπερι σὺν κνίδης σπέρματι καὶ οἴνῳ. Plinius 22, c. 13. de urtica: semen ejus cicutae contrarium esse Nicander affirmat.

v. 202. Τοτὲ recte Goett. vulgo τότε. Deinceps ἐν πεύκαι M. et Goett. Vulgo ἐμπεύκαι. Scholia: ἐν πεύκει ἀντὶ τοῦ μίξας τῷ πικρῷ ποτῷ. λέγει δὲ τῷ κυρηναϊκῷ. Diosc. in Alexiph. et in Parabil. σιλφίου ὀπὸς σὺν ἐλαίῳ καὶ γλυκεῖ. καὶ ὁ γλυκὺς οἶνος δὲ καθ' ἑαυτὸν πολὺς πινόμενος ἱκανῶς ἁρμόζει. Paulus: σίλφιον ἢ ὀπὸς αὐτοῦ σὺν οἴνῳ καὶ γλυκεῖ. sed Actuarius: σὺν ἐλαίῳ καὶ γλυκεῖ. Aetius: ἢ σίλφιον ἢ λάσαρ ἢ ὀπὸν κυρηναϊκὸν — σὺν οἴνῳ γλυκεῖ πάντα. Saracenus ad Diosc. p. 128. Scholiasten secutus censet laseris radicem cum oleo

conteri

conteri a poeta, fucoum ipfum cum vino dulci propinari. Lafere vino dat Celfus V. 27.

v. 203. Ἐρέξαις Parif. Scholia: ἴρινον μῦρον λέγει — παραλέλοιπε δὲ τῆς πόσεως τὴν ποσότητα. Diofc. in Parab. ἔλαιον ἴρινον commendat.

v. 204. Ἀργήεντος. Scholia: καὶ σιλφίου ῥίζαν τρίψαντα μετὰ λευκοῦ ἐλαίου παρέχειν πίνειν. τὸ δὲ σίλφιον καὶ ῥίζαν κυρηναϊκὴν καλοῦσί τινες, ἐξ οὗ γίνεται ὀπός. νῦν δὲ περὶ τοῦ ῥιζίου φησί. Eutecnius; σιλφίόν τε μετ' ἐλαίου λευκοῦ λειώσας τὸν νοσοῦντα πίνειν ἀπλείστως κέλευε.

v. 205. Γλυκέος. Scholia: ἀντὶ τοῦ μελικράτου. Eutecnius: ἀλλά τε καὶ γλυκέος οἴνου, μετὰ γάλακτος ἑψῶν ἠρεμαίῳ πυρὶ δίδοθι καὶ τοῦτο ὥστε πίνειν αὐτῷ. (Vindob. αὐτὸν)

v. 206. Θάλψαις M. R. Lorr. G. Parif. Editio H. Steph. et Lectii. Vulgo πίνειν. Scholia: καὶ γάλακτος δὲ τὸ ἀφρῶδες, τουτέστι τὸ ἐπιπόλαιον καὶ πεπηγὸς ὡς ἀφρὸς, νέμε ἐπὶ πυρὸς θάλψας τὸ τεῦχος ἠρέμα, ὅ ἐστι θερμάνας. Diofc. διὰ τῶν ἐμέτων αὐτὸ κομιούμεθα (ἀποκομιούμεθα Paulus) ἔπειτα κενώματι χρησάμενοι τὸ εἰς τὰ ἔντερα παρολισθηκὸς ἐκκρινοῦμεν, καὶ τότε ἐπ' ἀκρατοποσίαν παραγιγνόμεθα, διδόντες μεταξὺ διαστήματα ἐν οἷς πιεῖν διδόμενον βοηθεῖ γάλα ὄνειον ἢ βόειον. In Parab. c. 151. ἀκρατοποσία commendatur etiam. Aetius: κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν δεῖ ἔμετον ἐξ ὑδρελαίου αὐτοῖς κομιστέον, καὶ τὸ εἰς τὰ ἔντερα παρωχισθακὸς κενώσει συνεκκριτέον, εἶτα ὡς ἐπὶ μέγιστον βοήθημα ἐπὶ τὴν τοῦ γλυκέος ἀκράτου πόσιν ἰτέον, ἐν ταις μεταξὺ τῶν ἀκρατοποσιῶν ποτίζοντας γάλα ὄνειον ἢ βόειον νεόβδαλτον. Vinum cum ipfa cicuta miftum celeriorem efficere mortem cum poftea potum vim veneni redundat, cum Plinio annotavit etiam Plutarchus Q. Symp. 3. 5. Celfus 5. 27. vinum merum calidum cum ruta quam plurimum ingerendum eft, deinde is vomere cogendus. Scribonius: adjuvari debent in initiis vino mero fubinde quam plurimo caldo et per fe et cum pipere et cum ftorace poto. Atque maxime prodeft lac afininum datum; fi minus vacci-

num

num aut quodlibet; oportet autem et alvum acri clystere ducere eorum. Lac recens significat poeta, dum *ἀφρίοεν* dicit.

v. 207. *Καί κε* Goett. *παρασχεδὸν* recte continuo scriptum est in Parisf. Deinceps *ἀμύνῃς* Medic. Parisf. Scholia: *καὶ τὸ ἐπὶ τῷ λοιγήεντι τοξικῷ ἄχθος ἐπαμύνοις* (*ἀμύνοις* G.) *καὶ ἀποδιώξοις, παρασχεδὸν, παραχρῆμα. λείπει δὲ τὸ οὕτως, ἵν' ᾖ, οὕτως ἀμύνοις, καὶ διώξοις.* Eutecnius: *παραχρῆμα δ' ἂν ἐπαμύνειν ἔχοις τῷ πεπωκότι τὸ τοξικὸν, ἣν θεασάμενος τὸν ἄνθρωπον εὕροις μὲν πρῶτον βαρυνόμενον καὶ ὥσπερ πεφορτισμένον αὐτὸν, ἔπειτα κάτωθεν μὲν παχεῖαν τὴν γλῶτταν ἔχοντα, ξηρὰ δὲ τὰ χείλη. καὶ τὰ στόμια οἰδαίνεται.* Scholiorum auctorem alterum legisse puto *λοιγήεντι ἐπὶ σχεδὸν ἄχθος ἀμύνοις*, ut *σχεδὸν* sit dictum pro statim, ut alibi *σχεδίην* apud Nicandrum. Sed vulgata bene habet: *ἀμύνειν τοξικῷ* dicitur poetice pro *τῷ πεπωκότι τὸ τοξικόν.*

v. 208. *Ἀχέεσσι.* Scholia: *ἡνίκα πιών τις βαρύνηται ὑπὸ τῶν ὀδυνῶν.* Glossa Goett. interl. *κακοῖς.* Sed malim deinceps *ποτοῦ.*

v. 209. *Νέρθε* Medic. Scholia: *παχύνεται, οἰδαίνεται, φυσσᾶται.* Diosc. *χειλέων καὶ γλώττης φλεγμονὴ μανία τε ἀκατάσχετος, ποικίλαις ἐπιβάλλουσαι φαντασίαις, ὡς καὶ διὰ τοῦτο δυσιάτους εἶναι ἐν ταῖς θεραπείαις, σπανίως δὲ καὶ σώζεσθαί τινας τῶν πεπωκότων.* Aetius post *φλεγμονὴ* addit: *πτυελὸς ξηρὸς, καὶ ῥῆξις τῶν οὔλων, καὶ λοξὰ βλέπουσιν οὗτοι καὶ τρίζουσι τοὺς ὀδόντας, μανία τε ἀκατάσχετος κατέχει τούτους ποικίλαις ὑποβ. τ. φ. ὥστε καὶ δ. τ. δυσιάτως ἔχειν αὐτοὺς, σπανίως τε σώζεσθαί τινα τῶν τοῦτο πεπωκότων.*

v. 210. *Οἰδαλέα.* Scholia: *διῳδηκότα καὶ ἐξωγκωμένα.* Glossa interl. G. *ὑγρὰ, ὀγκούμενα, διῳδηκότα καὶ βαρέα γίνεται τὰ χείλη.*

v. 211. *Νέοθε* Goett. Ad *ξηρὰ* Scholia: *ἐπειδὴ ξηραίνει τὸ δηλητήριον, τὰ δὲ οὖλα τῶν ὀδόντων ἐκ βάθρων ῥήγνυνται.* Eutecnius: *ἢ τὰ δὴ φάρυγξ τε καὶ αὐτὰ ὑπομείνασα τοῖς χείλεσι*

φλέγμα

φλέγμα λεπτὸν καὶ ξηρὸν ἀνακάμπτει σφόδρα, ἔπειτα ἐκ βάθρων αὐτοῦ τὰ μὲν οὖλα ῥῆξιν ὑπομένει.

v. 212. Πτοίην. Eutecnius: ἡ δὲ διάνοια ταράττεται. Erotianus in πτοιώδεα. τὴν πτοίαν οἱ μὲν δέχονται τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ ταραχὴν, οἱ δὲ τὸν φόβον.

v. 213. Ἔκπληκτον μανικὸν. μεμόρηκεν, ἐκάκωσε παρὰ τὴν μοῖραν. Glossa interl. Goett. μεμόρηκε, ἐδάμασε, ἐκάκωσε, μανιωδῶς κακοπαθεῖ. Hesychius: μορῆσαι, μοιρῆσαι, διελεῖν, ἐλθεῖν. Apollonius I. 646. μεμόρηται habet, ubi Scholia dici monent pro μεμοίρηται. Noster infra 229. μεμορημένον αὐγαῖς. Unde in Carmine 687. Antholog. Keiskianae κῆρες μεμορμέναι dicuntur.

v. 214. Μυκάζει Parif. Scholia: μηκᾶται ὡς πρόβατον, οὕτω βοᾷ καὶ κράζει φλύζων, φλυαρῶν ὑπὸ τῆς μανίας. καὶ οἱ Ἰταλιῶται τοὺς φλυαρογραφοῦντας φλυζογράφους ἐκάλουν. Quinam hi sint Italiotae, docet Hemsterh. ad Hesychii ἰαροχρεῖαν. De Phlyzographis vide Petiti Miscell. VII. p. 189. A verbo φλύειν fit φλύζειν, et φλυαρεῖν. Illo utuntur Aeschylus Prometh. versu 503. Sept. contra Theb. versu 667. et Dioscorid. Epigr. 23. T. I. p. 498. Ὄνειδος φήμην τε στυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος. Altero Apollonius I. 275. ἐκφλύξαι. ubi Scholia: φλύζειν δὲ κυρίως τοὺς λέβητας φαμὲν καιομένους ἀναβάλλειν τῇ θερμότητι τὸ ὕδωρ. Idem tamen ἀποφλύειν 3. versu 583. et ἐπιφλύειν I. 481. Ex Hippocrate φλάζειν eodem sensu annotavit Galeni Glossarium. Hesychius: φλυάσσει, φλυαρεῖ, φλύει. Dictum igitur fuit olim φλύειν, φλύζειν, φλυάζειν, φλυάσσειν, φλυαρεῖν, φλάζειν. Eutecnius: βοᾷ τε ὡς ὑπ' ἐκπλήξεως γεγονὼς κάτοχος δειλίᾳ, φωνῇ τ' αἰγὸς ἐοικυίᾳ χρῆται καὶ ὥσπερ οἱ μισανθρωποῦντες μοχθηρὸν φθέγγεται, καὶ ἁπλῶς οἷον οἱ τῶν ἀποκοπτομένων τὰς κεφαλὰς παρασύρει τὴν γλῶτταν. Scribonius cap. 62: Toxicum cujus sit gustus, haud facile quivis dixerit. Verum quum potum est, e vestigio ciet dolorem omnium interaneorum infinitum, et velut telo trajectorum, concitatque mentis furorem, cogit-

cogitque exululare et palpitare lingua similiter decollatorum capitibus; nihil enim potest intelligi ex voce eorum. Quae ex graeco conversa esse, nemo facile infitiabitur. Videtur toxici nomen repetere a similitudine doloris telo trajectorum.

v. 215. Ἐμπελάδην. Scholia: συνεχῶς βοᾷ. οἱονεὶ ἐμπελαστικῶς καὶ ὁρμητικῶς. Alter auctor: καὶ γὰρ ὥσπερ πλησιάζοντος αὐτῷ ἀνθρώπου τινὸς, μισανθρωπίαν κακῶν καὶ βαρούμενος προΐεται φωνὴν, ὡς ἀποκεφαλιζόμενος. Legit ergo: ὅτε τις πελάσῃ φώς. eamque lectionem sequi videtur Eutecnius, etsi leges grammaticae eam h. l. non ferunt.

v. 216. Ἀπὸ ξυφέεσσιν M. R. G. P. Lorr. Vulgo ὑπό. Sed verum interpretatur Scholiastes ἀποτμηθείς et Eutecnius. Ἀμφιβρότην Scholia explicant: τὴν ὅλον τὸν ἄνδρα συνέχουσαν κεφαλήν. Homerus scutum, quod virum seu militem totum obtegit, ἀμφιβρότην ἀσπίδα dixit; eum imitatus Empedocles apud Plutarchum Sympos. Q. 5. 8. ἀμφιβρότην χθόνα dixit τὸ τὴν ψυχὴν περικείμενον σῶμα.

v. 217. Οἷά τε Medic. βωμήστρια Paris. Scholia: ἡ τοὺς κρατῆρας φέρουσα ἱέρεια. κέρνους φασὶ τοὺς μυστικοὺς κρατῆρας, ἐφ' ὧν λύχνους τιθέασι. ζάκορος δὲ ἡ νεωκόρος. De κέρνῳ et κερνοφόροις in pompa Dionysiaca vide Pausaniae Arcadica c. 36. p. 673. Sylburg. ad Clement. p. 14. Spanhem. ad Callimach. p. 116. et Interpp. Hesychii in hac voce. Locus classicus est Polemonis apud Athenaeum XI. p. 478. etc. 476. τὸ κέρνος περιενηνοχότα· τοῦτο δ' ἐστὶν ἀγγεῖον κεραμοῦν ἔχον ἐν αὐτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους etc. ὁ δὲ τοῦτο βαστάσας, οἷον λικνοφορήσας τούτων (frugum et fructuum in cotyliscis positorum) γεύεται. Eutecnius: οἷα δὴ τῆς κερνοφόρου Ῥέας ἡ ὑποζάκορος [illegible] ἐπὶ τὰς ὁδοὺς καὶ τὰ χωρία στρεφομένη, ἐμμανής τε οὖσα καὶ ἔνθεος, ἀθρόως κέχρηται καὶ μακρᾷ τῇ φωνῇ.

v. 218. Εἰνάδι Paris. Voluit igitur εἰνάλι vulgatum simul et εἰνάδι reddere. Deinceps λαοφόροισι Goett. et Paris. Vulgo λαιοφόροισι. Postea κελεύθους Medic. Scholia: εἰνάδι

τῇ πρὸ μιᾶς ἐνάτῃ τοῦ μηνὸς τὰ μυστήρια αὐτῆς ἐπιτελοῦσιν. ἡ εἰκάδι, τῇ ἐνάτῃ (lege εἰκοστῇ) τῆς σελήνης. τότε γὰρ κατὰ τὴν σελήνην ἐμέτρουν τὸν ἐνιαυτόν. Ad ἐνιχρ. glossa Goett. προσπαλαίζουσα. Ex Synesii Epistola 57 p. 160. haud scio an recte colligi possit: μέλλει γὰρ καὶ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἑβδόμην κωδωνίσασθαί τε καὶ πυργοφόρος, καθάπερ ἡ Κυβέλη περιελαύνεσθαι. Cybelae sacra septimo quovis mensis die fuisse celebrata Synesii tempore.

v. 219. Ῥέουσιν Medic. Scholia: τρέουσιν ἤγουν οἱ Κορύβαντες, ἢ αἱ παρατυχόντες, φοβοῦνται. Eutecnius recte: οἱ δὲ ἀλλαχόσε εὐλαβοῦνται τῆς Ἰδαίας Ῥέας τὸ φοβερώτατον ὕλαγμα, ὁδὸν καὶ μανίας πλήρες.

v. 220. Ἰδαίης. Scholia: τῆς ὀρεινῆς. Ἴδη γὰρ καταχρηστικῶς πᾶν ὄρος καλεῖται.

v. 221. Ἀήσσῃ vitiose Gorraei editio et Florentina. Deinceps ἀσφαλμένος βραχνάαιτο Paris. ἐσφαλμένος, et ex correctione βραυχανάαται Riccardi. Scholia: βραυκανάαται γράφεται καὶ βρυχανάαται, βραχᾶται, κλαυθμυρίζει, ὡς παιδίον κλαίει, ἢ δακρύει ὡς Μένανδρος. Sed Codicis Goett. Scholia recentiora: βρυκανάαται γράφεται καὶ βρυχανάαται. Sed illa: βρυχανάαται γράφεται καὶ βραυχανάαται. Hesychius: βρυκανάασθαι ἐπὶ τῶν κλαιόντων παιδίων λέγεται, ὀργιζομένων φωνῆς. Idem βρυκανήσομαι, βοήσομαι. Alibi: βρυχηθμός, σάλπιγγι παραπύλη. Eutecnius: τοιαῦτα καὶ οὗτος ἐσφαλμένα καὶ λύσσης γέμοντα φθέγγεται, καὶ ὥσπερ οἱ παῖδες τὰ πολλὰ κλαυθμυριζόμενοι καὶ ὠρυόμενος διατελεῖ.

v. 222. Ὠρυδόν. Scholia: μετὰ φωνῆς (G. et Lorr. μετ' ὀργῆς) ὡς λύκος ὠρυόμενος. Lectum igitur videtur olim h. l. etiam ὀργηδόν. Sed praestat ὠρυδόν. Ita est βρυχηδόν apud Apollonium 3. versu 1373.

v. 223. Goett. adscriptum habet ῥαιβὸν pro λευκόν. Eutecnius: ταυρηδόν τε ὑποβλέπεται, καὶ ὑπαφρίζει τῷ στόματι καὶ τοὺς ὀδόντας παρατρίβων ἦχον ἀποτελεῖ.

v. 224. Πολυστρέπτοισι Ricc. et Parif. πιούσας Parif. Recte πιάξας Goett. cum gloffa δωρικῶς. Vulgo πιέξας. Vide Interpretes Theocriti, qui faepius hac forma utitur, et Hefychii h. v. Eutecnius: ὥστε χρὴ τοῦτον μὲν φυλάττειν τὸ πρῶτον δήσαντα, ἔπειτα οἶνον ἐγχεῖν τούτῳ πολὺν καὶ μὴ βουλομένῳ. Diofc. δεῖ μέντοι συνέχειν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀναγκάζοντας καὶ βιαζομένους γλυκὺν οἶνον σὺν ῥοδίνῳ πίνειν. Aetius: δεῖ τοίνυν δεσμοῖς μὲν συνέχειν αὐτοὺς ἀναγκάζειν τε γλυκὺ μετὰ ῥοδίνου πίνειν καὶ ἐμεῖν πτερῶν καθέσει. Scribonius: adjuvantur rofa pota aut oleo irino, coactique frequentius rejicere, item alvo acri clysmo faepius ducta, poftea paffo, lacte et antidoto mithridatico: ubi legi debet: *rofaceo poto aut oleo irino.* Diofc. in Parab. ἢ ῥόδινον ἢ ἴρινον — σὺν οἴνῳ. Afclepiades ap. Gal. Antid. 2. 7. τοῖς δὲ τὸ τοξικὸν πιοῦσι βοηθεῖ οἶνος πινόμενος γλυκύς.

v. 226. Ἠὲ βίης Medic. βιασάμενος Goett. ὀχλίζεις Parif. Scholia: ἀνενοχλήτως (ἡσύχως G.) βιαζόμενος τῇ σῇ χειρὶ ἄνοιγε τὸ μεμυκὸς αὐτοῦ στόμα, ἕως οὗ ἐμέσῃ. Alter auctor: ἠρέμα βιαζόμενος, καὶ μὴ κακώσῃς αὐτόν. βρύκον, τὸ μεμυκὸς στόμα. συνερείδει γὰρ τοὺς ὀδόντας τὸ βρύκον αὐτοῦ στόμα, ἤγουν τὸ συνδεθὲν καὶ σφιγχθέν. ὀχλίζοις, ἄνοιξον, ὄχλισον. Eutecnius: κἂν ᾖ συνηγμένους τοὺς ὀδόντας ἔχων, ἔνιθι τὸν οἶνον διεπαίρων αὐτοὺς, ὅπως ἂν ἐξέμῃ.

v. 227. Ὑπεξερύῃσι M. R. ὑπεξερύγησε Parif. fed correctum deinde fuit. In Mofquenfi libro fimiliter a prima fuit manu fcriptum ὑπεξεῤῥύησι. Eutecnius: ἵν' ἐξεμόντος μετὰ βίας αὐτοῦ τῆς ἐκ τῶν δακτύλων συνεξέλθῃ τὸ δεινὸν ἐκεῖνο φάρμακον καὶ θανατηφόρον.

v. 228. Scholia: καὶ μετὰ τὸν τοῦ γλυκέος ἔμετον πότιζε αὐτὸν ζωμὸν πολὺν χήνειον. μεμορημένον, δεδασμένον καὶ ἑψηθέντα τῷ πυρί. Eutecnius: ἀλλά τοι καὶ καθεψηθέντος νεογνοῦ που χηνὸς καὶ διατακέντος τὸ ὕδωρ πρὸς ἴασιν ἄγει πινόμενον σφόδρα. Aetius: ἔπειτα ζωμὸν νεοσσοῦ (χυλὸς deleo) λιπαροῦ διδόναι καταῤῥοφεῖν.

v. 230. Ῥηχώδεος et τρηχώδεος olim ſcriptum fuiſſe monent Scholia, utrumque ſignificare τῆς τραχείας. Eadem κάρφη explicant τὰ δέρματα ἢ τὰ ἄνθη. Eutecnius: τῆς τε μηλέας τῆς ἐν ὄρει ὁμοίως ὁ καρπὸς, καὶ ὁ φλοιὸς τῆς αὐτῆς μηλέας δεῦρο κοπεὶς ἄριστα ἴαται. Dioſc. in Parab. μήλων ἀγρίων καρπὸς ἐσθιώμενος.

v. 231. Σίνεα. Scholia: τὰς σινωτικὰς ἀκάνθας ἀποβαλὼν, ἢ μᾶλλον τὰ δέρματα τῶν μήλων λεπίσας ἔσθιε.

v. 232. Κλήροισιν. Scholia: μέτοχα τοῖς ἡμετέροις χωρίοις, τὰ τοῖς ἡμῶν κήποις ἐπιβάλλοντα, οἱονεὶ τὰ ἡμέτερα. Eutecnius: καὶ τῆς ἐν κήποις δὲ τραφείσης μηλέας ὁ καρπὸς πρόσφορος. ἔστω δὲ τὰ μῆλα εἰαρινά. De voce ἐπήβολος vide Porphyrii Q. Homeric. 1. quem exſcripſit Etymol. M. h. v. Pertinet ad ſententiam hujus loci Artemidorus p. 61. μῆλα τὰ ἐαρινὰ γλυκέα καὶ πέπονα — τὰ δὲ χειμερινὰ κυδώνια καλούμενα, λυπηρὰ διὰ τὸ στύφειν. In Theophraſto H. P. 4. 9. verba ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν Plinius 12. c. 21. vertit *cotonei mali amplitudine.*

v. 233. Κούροις Medic. ἑψιήματα Pariſ. Scholia: τὰ παίγνια. παίζουσι γὰρ αἱ κόραι καὶ τέρπονται τοῖς μήλοις.

v. 234. Κύδωνος. Scholia: τοῦ στυπτικοῦ κυδωνίου ὃ μάλιστα ἐν τῇ Κρήτῃ φύεται. Eutecnius: εἰ δὲ μὴ παρείη ταῦτα, τοῖς λεγομένοις ἐνταῦθα κέχρησο στρουθίοις, ἢ οἷς (Medic. οἴοις) ἐκόμισεν ἡ Κρήτη στύφουσι τὰ Κυδώνια μῆλα. Dioſcorides: καὶ μῆλα κυδώνια ἐσθιόμενα ἢ λεῖα σὺν γλήχωνι καὶ ὕδατι (μεθ᾽ ὕδατος Paulus) πινόμενα. Aetius: καὶ κυδώνια μῆλα ἐσθιόμενα ἢ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν καὶ γλήχωνος. Dioſc. in Parab. στρουθία μῆλα, ὁμοίως κυδώνια λειώσας ἐν ὕδατι σὺν γλήχωνι. Serenus Sammonicus: Aut quae poma Cydon Cretaeis miſit aboris. Urbem poeta pomi epitheto vocavit *auſteram.*

v. 235. Ἐκομίσσαν ἄναυροι Ricc. ἐκόμισσαν ἄρουραν Medic. ἄναυροι etiam Pariſ. et Scholia ubi eſt: ἄναυροι, ἔθρεψαν αἱ ὄχθαι τῶν ποταμῶν. ἅλις, ἱκανῶς. Vulgo ἄγουραι.

ἄναυροι οἱ ἐν χειμῶνι ῥέοντες ποταμοὶ proprie, docente Scholiaste Apollonii I. 70. Tzetze ad Lycophr. p. 175. et in Chiliad. XI. 500.

v. 236. Καὶ αὀλλέα Parif. Scholia: καὶ ἀολλέα, ὁμοῦ κόψας. Eutecnius: πάντα τοίνυν σφύρῃ ταῦτα συγκόψας εἰς ὕδωρ ἔμβαλε, τὸ δὲ ὕδωρ ἐχέτω καὶ γλήχους.

v. 237. Γληχὴν Medic. νέκυ δ' ὀσμήρεα Parif. Scholia: ὀδμὴν ἔχουσαν, εὐώδη.

v. 238. Βάλοιο συνόμηρέα Parif. ἐν ὀμήρεα Goett.

v. 239. Vulgo inepte ῥοδέοις. Scholia: τοῖς ῥόδοις, ἢ ῥοδίνου ἐλαίου (ubi G. τοῖς ῥοδίοις) θυόεν τοῖς ῥόδοις ἔλαιον, ἤτοι τὸ ῥόδινον σ7άζε μετ' ἐρίου εἰς τὸ σ7όμα αὐτοῦ. unde constat olim recte etiam lectum fuisse: ῥοδέου. quam lectionem et sententia postulat, et locus geminus infra vers. 453. confirmat. Eutecnius: διανοιγομένου δὲ τὸ σ7όμα ἐνσ7αζέτω τις τοῦ ἀνθρώπου τούτου τὸ ῥόδινον μύρον ἢ ἴρινον, ποιῶν τε τοῦτο συνεχῶς καὶ ἐν ἡμέραις πάνυ πολλαῖς ῥύσασθαι τῆς τε μανίας καὶ πλάνης καὶ κακοπαθείας τῆς ἐκ τοῦ τοξικοῦ τούτου δυνήσεται τὸν ἄνθρωπον. Rofaceum oleum in potu commendat Afclepiades apud Galen. Antid. 2. 7.

v. 241. Μόγις δέ κε M. R. Parif.

v. 242. Ἴηλα γράφεται Goett. fed varietas annotata periit. Vulgo ἴηλαι. Diofc. καὶ εἴτινες αὐτοῦ φύγωσι τὸν κίνδυνον πολὺν χρόνον κλινοπετεῖς διαμένουσι καὶ ἀνασ7άντες ἐπ7οημένοι τὸν λοιπὸν χρόνον διάγουσι. Aetius: εἰ δέ τις ἐκφύγοι τὸν κίνδυνον κλινοπετεῖς διαμένει χρόνιος, ἐπ7οημένος τε καὶ ἀκατάσ7ατος τὸν λογισμὸν τὸν λοιπὸν χρόνον διαμένει. Male igitur in Diofc. corrigebat Manardus ἐφθοημένοι. Restitutam fanitatem fimili phrafi expreffit Epigramma Anthol. III. p. 34. ed. Wechel. ὅς με τὸν ἐκ νούσου τρὶς ἐπ' ἀσφαλὲς ἤγαγες ἴχνος.

v. 243. Ὄθμα Goett. et Lorr. Vulgo ὄμμα. Hunc verfum omifit Mediceus, nec interpretatus eft Eutecnius. Maximus περὶ καταρχῶν verfu 163. feqq. ἦν δὲ κατ' εὐκεραοῖο

βοὸς μεταγειστομένη που ἰνδαλθῇ κερόεσσα, τότ' αὖ μέγα θαρσαλέος σοι αὐδήσω πλοιητὸν ἐπ' ἀνέρι πορσύνουσαν ἦτορ, καὶ πραπίδων ἑτερηρέα δύσφορον ὁρμὴν πλαζομένοιο νόοιο, πότμον γέ μεν οὔτι φέρουσαν, νοῦσον ἔχειν δ' ὠκεῖαν ἀκεσφορίην ἐρατεινήν. Ita corrigo locum misere luxatum. Emendationem firmat locus versu 585. τότ' οὐ μάλα θαρσαλέος σοι αὐδήσω καλλίνορσον ἀλεῖν κλέαρ.

v. 244. Γερραῖοι. Scholia: ἔθνος Ἀῤῥαβίας ἀπὸ Γέῤῥας μιᾶς αὐτῶν πόλεως. Ceterum facile apparet hos versus ad initium hujus tractationis esse retrahendos. Ita etiam Dioscorides et Aetius statim ab initio toxici originem addunt. Hoc vero in loco inepte fuerunt a librario collocati.

v. 245. In Codice Mediceo deest versus 243. ac deinde versus 245. ad versum 275. inclusum hoc numero; quem defectum margo annotavit his verbis λείπουσι σῖχοι λα΄. Diosc. τὸ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτοῦ χρίεσθαι. Paulus habet ὑπὸ τῶν β. ἐν αὐτῷ χρ. Aetius: τὸ δὲ τοξικὸν καλούμενον ἐν διαφόροις διάφορόν ἐστι, καὶ δοκεῖ μὲν ὀνομάζεσθαι ἐκ τοῦ τὰ τοξεύματα ἢ τὰ βέλη ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξ αὐτοῦ χρίεσθαι. ἔστι δὲ σύνθετον παρ' ἐνίοις. Actuarius etiam τοξεύματα legit.

v. 246. Χραίνουσι Goett. τὸ δὲ Parif. Scholia: βάπτουσι. Eutecnius: ἐπαλείφουσι δὲ τούτῳ μὲν τὰς αἰχμὰς τῷ φαρμάκῳ Αράβων Νομάδες, καταχρίουσι δὲ τὰς ἀκίδας τῶν βελῶν οἱ τὴν παρὰ τὸν ποταμὸν κειμένην τὸν Εὐφράτην γεωργοῦντες χώραν. ἔστι δὲ ὡς ἔπιταν τοῖς τιτρωσκομένοις τοῦτο τὸ τοξικὸν πολέμιον. ἐμπεσὸν μὲν γὰρ τῷ σώματι καὶ γευσάμενον καθάπαξ τοῦ τρωθέντος ἔπειτα τρέπει αὐτὸ καὶ νεκρῶδες ποιεῖ, καὶ διαδέχεται αὐτὸ ἐκ τούτου ὕδαρος, ὁ δὲ ἰὸς τοῦ ἀνθρώπου κατασηπομένου καὶ ῥήξεις ὑπομένοντος τούτου κατὰ παντὸς μέρους ἔξω χωρεῖν βιάζεται σὺν ὕδατι πάνυ πολλῷ καὶ ἀκαθαρσίᾳ. Vides igitur Eutecnium expressisse lectionem Parif. τὸ δὲ, quam restitui. Vulgo τὰ δὲ. Ceterum huc pertinere videtur glossa Etymol. M. in σίζω. ὅθεν Νίκανδρος ἐν τοῖς

ἀλε-

ἀλεξιφαρμάκοις ἐπαλίζοντας. οἶστοὺς τοῦ λύκε τὸ θέμα θαλάρφας αἰτῶν; ἔφθειμι ... τοῦ ... μίμησιν. οὕτω Ζηνόβιος. Suspicor h. l. versus aliquot vel excidisse vel aliter olim lectos fuisse. Certe in aperto est, hunc locum a librariis olim fuisse turbatum.

v. 247. Μελαινομένην πηρῶε. ὑποβόσκεται ὕδρης Goett. ὑποβόσκεται etiam Ricc. Paris. et Lotr. Postrema vox ὕδρης nota est perscripta in Paris. Eutecnius scripturam legit ὑδρωψ. quam equidem lectionem veram puto esse. Vulgo pessime legebatur: σάρκα μελαινομένην ... ὑποβόσκεται ὕδρης ἰὸς σηπόμενον δὲ μάδει etc. Intelligi debet hydrops ἀνὰ σάρκα vel ὑποσαρκίδιος dictus, cum partes omnes corporis solidiores in aquam resolvi videntur, cum pallore et tumore. Ita Aelianus H. A. 3. 18. de physali veneno: γίνεται πᾶς ὑπὸ σήψεως διανγέσθαντες ὡς ὑδεριῶν. Si Eutecnii lectionem praeferas, tum vero sequens versus ita est legendus: ἰῷ σηπόμενον δὲ etc. Vulgatam tamen lectionem respicere videtur Scholiastes, qui statim ab initio toxici etymologiam tradens ait: ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι ἐκ τοῦ αἵματος τῆς ὕδρας ἀνεφύη. τὴν δὲ ὕδραν τόξοις ἀνεῖλεν ὁ Ἡρακλῆς, καὶ διὰ τοῦτο τοξικὸν καλεῖται.

v. 248. Ἐῤῥήγνυται Goett. ἔρφος Scholia explicant: τὸ δέρμα ὅπερ οἱ Ἴωνες σἰέρφος φασί, διὸ καὶ σἰερφῶσαι λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ. ubi G. et L. habent: τέρφος — τερφῶσαι. Noster Theriac. 323. τέρφει habet; Apollonius Rhodius 4. 1348. σἰέρφεσιν. ubi Scholia: δέρμασιν, ὅθεν καὶ σἰερφῶσαι. Ἴβυκος δὲ σἰερφωτῆρα σἰρατὸν εἴρηκε τὸν ἔχοντα δέρματα. ὅθεν καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἀξιοῦσι γράφειν μελανοσἰέρφων γένος, οὐχ ὥς τινες μελανοσἰέρνων — ὅθεν καὶ τὸ χερνίμιον σἰέρφος λέγεται. De toxico nunc pauca addo, et primum quidem Scholiorum verba: τοξικὸν καλεῖται διὰ τὸ ὁμοίως τοξεύμασιν ἀναιρεῖν παραχρῆμα βρωθὲν ἢ ποθέν· ἢ ἐπεὶ οἱ Πάρθοι καὶ Σκύθαι τοξεύοντες τούτῳ παραχρίουσι τὰς τῶν βελῶν ἀκίδας. οὐ γάρ, ὥς τινες, τὸ κώνειον ἀποσἰέον.

ἄξιον. ἢ διότι ὁμοίως τόξου ἀφέσει ἀναιρεῖ βρωθὲν ἢ ποθὲν λέγεται ὑπό τινων καὶ σκυθικόν. Asclepiades apud Galenum Antid. 2. 7. inter simplicia venena refert, et Dioscor. in Praefat. Alexiph. inter herbas, cum Aetio. Aelius Promotus apud Mercurialem de Venenis p. 97. toxicum et phariticum ad venena composita retulit. Ad herbarum genus referebant etiam qui teste Plinio 16. f. 20. a taxo arbore dicta veluti taxica asserebant, ineptissima etymologia. Eandem vegetabilem naturam significavit Lucanus 9. vers. 819. Non tam veloci corrumpunt pocula leto, stipite quae diro virgas mentita Sabinas toxica fatilegi carpunt matura Sabaei. Qui locus ingenia interpretum miris modis exercuit et vexavit obscuritate sua. Plane enim similitudinem illam virgarum Sabinarum ignoramus, de lectione etiam valde dubitatur. Scythicum nominat Aelianus H. A. 9. 15. ubi Scythas tingendis sagittis adhibere, et in parando veneno humani sanguinis corrupti saniem addere tradit auctore Theophrasto, cujus locus hodie non exstat. Sed ex eodem haec narrat distinctius Auctor Mirabil. Auscult. c. 153. Scythicum venenum ad tingendas sagittas componi ex viperarum gravidarum carnibus putrefactione colliquatis, iisque saniem sanguini humano innatantem aquosam, postquam ollae bene clausae indita et de fossa in fimeto computruerit, admisceri, atque ita venenum fieri letale. Plinius 11. f. 53. Scythae sagittas tingunt viperina sanie et humano sanguine, irremediabili id scelus mortem illicò affert levi tactu. In Aeliani loco codex Mediceus pro scythico plane toxicum nominat. Serpentis felle litas sagittas memorat Ovidius ex Ponto Epist. 4. 9. 83. Herculis sagittae Echidnae seu Hydrae Lernaeae veneno infectae dicuntur ab eodem Metam. 9. 158. Veneno illi, quo tunica Herculi a Deianira oblata fuit infecta, sanguinem ex vulnere suo admiscuerat Nessus Centaurus, ut a Sophocle in Trachiniis traditur.

Toxicum Celticum seu gallicum memorat Auctor Mirab. Ausc. c. 87. quo Celtae sagittas inficiebant. Ferarum iis percussarum

cussarum ex corpore statim particulam venerio tactam resecuisse ait, ne totum corpus computresceret. Contra hoc venenum remedium in quercus cortice fuisse repertum; alios contra plantam (φύλλον graece est) coracium dictam nominare. Sed antiquae hujus libri Editiones non toxicum sed ξενικόν, quasi peregrinum, nominant; et pro φύλλον recte Conr. Gesner emendare videtur πεντάφυλλον. Itaque ejusdem fere naturae hoc toxicum Celticum fuisse videtur cum graeco, quippe cujus remedia duo eadem commemorat auctor Auscult. quae graeci medici, quercus nempe corticem et quinquefolium. De utroque autem Nicander tacet.

De celtico toxico ita Plinius 27. f. 76. Limeum herba appellatur a Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervicarium vocant. Ubi C. Gesneri emendatio *xenicum* substituentis peccat contra literarum ordinem, quem Plinius secutus est ibi. Vocabulum aliquod et nomen herbae ponere voluisse videtur Plinius, non ipsius veneni, quod graece toxicum, latine cervarium appellat etiam Festus grammaticus, nulla Gallorum mentione facta. Alibi Plinius herbam latino nomine edere videtur 25. f. 25. de elleboro: Galli, inquit, sagittas in venatu elleboro tingunt, circumcisoque vulnere teneriorem sentiri carnem affirmant. Quem locum repetiit Gellius 17. c. 15. De eodem esse videtur locus Celsi V. 27: venatoria venena, quibus Galli praecipue utuntur, non gustu sed in vulnere nocent. Quodsi vere asseritur, argumento esse potest longe diversum esse Nicandri toxicum, quod gustu etiam exitiosum traditur; sed idem videtur cum Celtico auctoris Auscult. mirab. In Nothis Dioscoridis gallicum hellebori albi nomen editur *Lagınon*, quod tamen graecum esse videtur, quasi leporinum dicas. Ita helleborus niger ab aliis eleaphine, id est cervarium appellari traditur. Itaque suspicor in vocabulo *Limeum* apud Plinium leporis aut cervi nomen gallicum latere.

Diversum est toxicum illud, quod ex succo fructus arboris alicujus fico similis in Celtica, aut ut alii ex Theophrasti H. P. 9. 15. volunt, Belgica, nascentis ad sagittas tingendas colligi tradit Strabo 4. p. 304. Apud Lucianum in Nigrino Cretenses tela dicuntur inficere ὀπῷ, quo vocabulo graeci scriptores de lacte fici uti solent. Denique Hispani ad incerta fortunae toxicon ex herba apio simili, aponon appellatum, secum gerebant, auctore Strabone 3. p. 251. Unde orta videtur narratio Scholiastae Nicandri, toxicum a quibusdam conium dici, quod conium apio simillimum est. Diversum est toxicon Hispanicum, de quo Plinius 16. c. 10. tradit.

v. 249. Μηδείης. Eutecnius: ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ τῆς Μηδείας ἐπειδὰν ὅλως τις μεταληφὼς εὑρεθῇ φαρμάκου, ὀλεθρίου τε δὴ τούτου καὶ καυστικωτάτου τυγχάνοντος, ἐφημέρου τε πρὸς πάντων ἐπονομαζομένου, πρῶτον μὲν etc. Andromachus apud Galenum Theriac. ad Pison. cap. 7. ὠκύμορον πόμα Μήδης vocat. Themistocles ex quorundam opinione φάρμακον ἐφήμερον sumsit in Asia, auctore Plutarcho T. I. p. 282. Vit. Parallel. Antiquissimus locus est Theophrasti H. P. 9. 16. καὶ τὸ ἐφημέρου φάρμακον εὑρῆσθαι. ἕτερον γάρ τι ῥίζιον εἶναι ὃ ἐφήμερον ἀπαλλάττει. τοῦτο δὲ φύλλον ὅμοιον ἔχειν τῷ ἐλλεβόρῳ ἢ τῷ λιρίῳ, καὶ τοῦτο πάντας εἰδέναι. διὸ καὶ τ' ἀνδράποδά φασι πολλάκις παροργισθέντα χρῆσθαι. Deinde monet pro varia apparandi ratione celerius vel serius interficere venenum hoc, et callere hanc artem in primis Heracleae Tyrrhenos. De letifero colchico ita Diosc. 4. 84. κολχικόν, οἱ δὲ ἐφήμερον, οἱ δὲ βολβὸν ἄγριον. λήγοντος τοῦ φθινοπώρου ἀνίησιν ἄνθος ὑπόλευκον ὅμοιον κρόκου ἄνθει — γεννᾶται δὲ πλεῖστον ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ καὶ Κολχοῖς. βρωθεῖσα δὲ κτείνει κατὰ τὸν πνιγμὸν ὁμοίως μύκησι. ἀνεγράψαμεν δὲ αὐτὴν ἵνα μὴ λάθῃ βρωθεῖσα ἀντὶ βολβοῦ. παραδόξως γάρ ἐστιν ἐπαγωγικὴ διὰ τὴν ἡδονὴν τοῖς ἀπείροις. De altero non letali ita c. 85. ἐφήμερον οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν, φύλλα δὲ καὶ καυλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ, λεπτότερα δὲ, ἄνθη λευκά, καρπὸν δὲ μαλακόν.

κόν. ῥίζα δ' ὕπεστι δακτύλου πάχος μία, μακρὰ, στυπτικὴ, εὐώδης. φύεται ἐν δρυμοῖς καὶ παλινσκίοις. quem locum repetiit Galenus libro 6. De Simpl. Medic. Facult. Plinius, qui eundem cum Diosc. auctorem exscripsit, 25. s. 107. florem purpureum tribuit ephemero. Obiter ῥίζιον hoc nominavit etiam Diodorus Siculus T. I. p. 298. Vides Theophrastum unius ephemeri meminisse, seriores scriptores duo genera distinxisse. Venenatum genus esse putant colchicum autumnale Linn. cujus vires venenatas in animalibus et hominibus spectatas enarravit Gmelin in Historia venenatarum plantarum p. 32 seqq. Nunc videamus Scholia: ἤτοι τὸ ἐφήμερον σκευαστικόν ἐστι φάρμακον (ὃ καλεῖται κολχικόν, ὃ βαρβ. Lorr.) ὃ καὶ οἱ βάρβαροι νάφθαν καλοῦσιν· ὃ οἱ χριόμενοι ἢ ἱμάτιον ἀληλιμμένοι ὑπ' αὐτοῦ φορδῦντες — ἔστι γὰρ καυστικόν. δοκεῖ δὲ ἡ Μήδεια τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ εὑρηκέναι, διὸ καὶ κολχικὸν λέγεται. οἱ δὲ ἶριν αὐτὸ προσαγορεύουσιν. ἄλλοι φαρικὸν, ἕτεροι ἐφήμερον, (ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἣ ποθῇ, ἀναιρεῖ. γίνεται δὲ παρὰ τὸν Ὕπανιν τὸν ποταμόν. τοῦτο γεννᾶται ὄρθρου, μαραίνεται δὲ περὶ μεσημβρίαν. Goett. et Lorr.) διὰ τὸ ἕωθεν ἀναδίδοσθαι κατὰ τὸν Τάναϊν ποταμὸν, ἢ τὴν Κολχίδα. τῇ γὰρ μεσημβρίᾳ τελειοῦσθαι, πρὸς ἑσπέραν δὲ αὐαίνεσθαι. ἢ διὰ τὸ ἡμέραν μὴ δύνασθαι ἐξαρκεῖν τοὺς πιόντας αὐτό. Haec verba variis primi auctoris vel excerptoris erroribus plena sunt, ut jam ante me viderunt viri docti. Primum naphtam, olei genus, male permutavit cum ephemero veneno. Naphtam apud Medos in usus bellicos adhiberi et Μηδείας ἔλαιον vocari, tradit Procopius in sexto Gothicorum. Herba quadam infectum condiri et ad diuturnitatem servari refert Ammianus 23. cap. 6. Ignem graecum in usu bellico dixerunt scriptores historiae Byzantinae; cujus historiam perscripsit Hanow. Pallam oleo hoc infectam a Medea pellici Jasonis missam memorant veteres scriptores, qua fuerit illa combusti, cum arae igni appropinquasset. Vide Plinium 2. s. 109. Dioscor. I. 101. Aquam Medeae causticis phar-

pharmacis infectam naphtam etiam appellari refert ex Isigono Sotion de Aquis mirabil. p. 127. Vide etiam Rufum in Oribasii Collect. medic. 5. c. 3.

Deinde Scholiorum auctor venenum ephemeron similitudine nominis falsus permutavit cum insecto ephemero; de quo locus est classicus Aristotelis H. A. 5. 19. quem exscripsit Aelianus H. A. 5. 43. μονήμερον vocans. Plinius hemerobium dixit. Vide et Ciceronem Tusc. Quaest. I. 8. Diversum est ἐφήμερον ab Aeliano memoratum 2. 4. ubi vide notas.

v. 250. Κεῖνό τις ἐνδέξηται Ricc. Lorrianus et Paris. In Goett. libro eadem lectio in litura est perscripta; olim enim aliter legebatur, ideoque haec lectio rubrica suprascripta fuerat, quae deinde recentiore manu fuit illata textui. Deinceps περὶ Ricc. in Paris. prima litera sola exarata fuit a dubio librario. Nostram lectionem expressit Eutecnius. Vulgo est: κείνῳ ποτὸν δέξηται. Diosc. c. 5. τοῖς δὲ τὸ ἐφήμερον λαβοῦσιν, ὃ ἔνιοι καλοῦσι κολχικὸν ἢ βολβὸν ἄγριον, παρακολουθεῖ κνησμὸς καθ' ὅλον τὸ σῶμα ὡς ὑπὸ σκίλλης ἢ κνίδης ἐρεθιζομένοις· τὰ δ' ἐντὸς ἀναδάκνονται. ubi Paulus addita habet verba: διὰ τὸ ἐν Κολχίδι φύεσθαι. Aetius: τοῖς δὲ ἐφήμερον λαβοῦσιν, ὃν ἔνιοι κολχικὸν ἢ βολβὸν ἄγριον καλοῦσιν, αὐθημερὸν ἡ ἀναίρεσις. ἔστι δὲ, ὥς φασί τινες, καὶ τόδε σύνθετον, οἱ δὲ ἁπλοῦν λέγουσι τὸ φάρμακον. παρέπεται οὖν τούτοις κνησμὸς ὅλου τοῦ σώματος, ὡς ὑπὸ σκίλλης ἢ κνίδης ἠρεθισμένοις, ἀναδάκνονταί τε οὗτοι καὶ καυσοῦνται τὸν στόμαχον μετὰ βάρους ἱκανοῦ. Scribonius c. 61. ephemeron potum protinus quidem totum os prurire facit velut scilla tactum; postea etiam adurit quasi pipere manducato: secundum haec quoque stomachum mordendo exulcerat. Ex quo loco et ipsa re patet, in Diosc. et Aetio legi debere ὅλου τοῦ στόματος, ut monuit etiam Saracenus, et ante eum C. Hoffmann Var. Lect. I. c. 10.

v. 251. Κνηθμός. Scholia: ἐν μὲν τῇ γεύσει εὐθὺς τὰ ἔσω τῶν χειλέων κινεῖ πρὸς κνησμὸν ὡς ἀπὸ γάλακτος συκῆς ἢ

σκίλλης

σκίλλης ἢ κνίδης. Eutecnius: πρῶτον μὲν ἔνδοθεν ἐγείρεται καὶ περὶ τὰ χείλη τοῦ πίοντος ἀμήχανος κνησμός, καὶ οἷος δὴ τοὺς χριομένους τῷ ὀπῷ τῆς κράδης κνησμὸς κατέχειν πέφυκεν, ἢ τούσγε τῇ τραχύτητι τῶν κνιδῶν ἐντετυχηκότας, ἢ οἷος ἀπὸ τῆς σκίλλης προστριβείσης κνησμὸς ἐγγίγνεσθαι μετ' ἐρυθήματος τοῖς σώμασι φιλεῖ, τοιοῦτος ἔνδη (Medic. ἔνδει forte ἐν δὴ) τοῦ πίοντος τῷ στόματι δακνώδης καὶ βαρὺς καθάπαξ εὑρίσκεται κνησμός.

v. 252. Κνήθη Paris. Scholia: λευκῷ ὀπῷ τῆς συκῆς.

v. 253. Μιαινόμενοι. Glossa interl. G. ἀλειφόμενοι. Deinde ad σπειρώδεϊ κόρσῃ Scholia: σπερματώδει, ἢ πολλαῖς περιβολαῖς περικαλυπτομένῃ. αὕτη γὰρ ἡ βοτάνη ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ σπέρμα ἔχει, ἢ σπειρώδεϊ, τῇ πολλὰ σπεῖρα ἤγουν ἐνδύματα ἐχούσῃ. De humoris cujuscunque admistione vel adspersione dicitur μιαίνειν, ut vel ex Homero constat. Hinc in Hippocrate ἕως ἂν ἐκμιαίνηται recte ἐκκρίνηται, ἀποκρίνηται τὸ σπέρμα explicat Galenus. Vide Mercurialis V. Lect. 2. c. 11. Loco hoc Nicandri male abusus est Wesseling ad Herodot. p. 463.

v. 254. Φοινίξατο. Scholia: τὴν ἁπαλὴν σάρκα ἐπύρωσεν. Glossa G. interl. ἐφλέγμανε. Porphyrius de abstin. p. 98. τεμνόμενοι, φοινισσόμενοι καιόμενοι. Hinc φοινιγμοὶ dicuntur medicorum, qui fiunt per scillam, allium, et similia.

v. 255. Ἐπισχομένοιο. Scholia: καταποθέντα. sed Lorr. καταποθέντος. Scholia haec ita παραφράζει: ἐν δὲ τῇ καταπόσει ἐσθίον τὸν στόμαχον καὶ δηγμοὺς ἰκανοὺς παρέχον, βάρος εἰς αὐτὸν ἐνίησιν. Recte Eutecnius τοῦ πίοντος. Apollonius I. 472. ἦ, καὶ ἐπισχόμενος πλεῖον δέπας ἀμφοτέρῃσι πῖνε.

v. 256. Ἀναρεπτόμενον Goett. et Mosq. Vulgo ἀνερεπτόμενον. Scholia: ἀνερευγόμενον τῇ παρατρίψει. συρμῷ τῷ ζέσει καὶ τῇ ὀλεθρίᾳ καύσει τὸν στόμαχον ἑλκωθέντα. Eutecnius: καταποθὲν μὲν οὖν τὸ φάρμακον τοῦτο τὸν στόμαχον εὐθὺς εἰς ἕλκωσιν τοῦ ἀνθρώπου φέρει. Male Scholia explicant συρμῷ; recte Gorraeus: diro vomitu. Graeci συρμαισμοὺς

τὸ γάλα. Cum Scholiis facit Aetius: θαυμαστῶς δὲ παισὶ καὶ βόειον γάλα νεόβδαλτον πινόμενον συνεχῶς καὶ κατεχόμενον ἐν τῷ στόματι, ὡς ἄλλου μὴ δεῖσθαι βοηθήματος. Plinius 28. f. 33. de lacte: privatim bubulum his qui colchicum biberint.

v. 264. Ἀρήξει Goett. et Parif. Vulgo ἀρήξοι. Scholia in paraphrasi: βοηθεῖ δὲ καὶ ὁ βλαστὸς τοῦ πολυγόνου, ἢ καὶ ἡ ῥίζα κατακοπεῖσα καὶ ἐν γάλακτι ἑψηθεῖσα ἢ ἐν ἀποβρέγματι μήλων ἢ κυδωνίων ἢ στυπτικῶν μύρτων ἢ ἑλίκων· ἀμπέλου ἢ βάτου κλάδων. Vides diverso ordine sententiam poetae memorari. Scholia ad h. l. τὸ δὲ πολύγονον βοτάνη ἐστὶν ἐν τῷ πίνεσθαι ἐντατική· ἢ τὰ ῥίζια τοῦ πολυγόνου γάλακτι ἑψηθέντα καὶ κατατριβέντα βοηθεῖ. Eutecnius: βοηθήσειε δ' ἂν καὶ τὸ πολύγονον ἡ βοτάνη καὶ αὖθις (Vindob. ἄλλοτε) ταύτης τὰ ῥίζια τρύτῳ, ἣν ἑψηθῇ ταῦτα ἐν γάλακτι. Dioscorides: ἢ πολυγόνου χυλὸς, ἢ ἀμπέλου ἀκρεμόνων ἢ βάτου. In Parab. πολυγόνου χυλὸς καὶ ῥίζα σὺν γάλακτι γλυκεῖ, ἀμπέλου ἢ βάτου χυλὸν, ἢ καυλοὺς λείους σὺν ὕδατι. Aetius: πολυγόνου χυλὸν ἢ ἀμπέλου ἕλικας κεκομμένους ἢ βάτου ἀκρεμόνων, ἢ μύρτων ἀπόβρεγμα μετ' οἴνου. Scribonius: adjuvantur polygoni succo quam plurimo per se poto, vel arido trito pondo librae, dato cum aqua; praemacerantur autem mala cydonia aut vitis capreoli: Asclepiades ap. Galen. χυλὸς πολυγόνου.

v. 265. Δὴ — καταψυχθέντα Parif. δὴ etiam Goett.

v. 266. Ἀμπελόεις. Scholia monent dici pro ἀμπελόεσσας. Eutecnius: καὶ ἀμπελῶνος ἕλικας ὡσαύτως ἰάσαιντ' ἂν βλάβος ἐναποβραχέντες ὕδατι.

v. 267. Ἴαως. Scholia: ὁμοίως καὶ τοὺς κλάδους τοῦ βάτου.

v. 268. Τέρφη. Scholia: χλωρὰ λέπη. Eutecnius: καὶ κάστανοι τὸν φλοιὸν περιαιρεθεῖσαι, ἃς ἡ λεγομένη Κασταναία τὸ τῆς Θεσσαλίας ὄρος ἐκόμισεν ποτε. Hesychius: τέρφη, λέπυρα.

v. 269. Κασ̓ήνου Ricc. Parif. Lorr. Deinceps vulgo est ταχυφλοίοιο. In Ricc. est τασυφλοίοιο. Voluit δασυφ. quam

ipsam

ipsam lectionem habet Paris. et Scholia explicant: διότι χνοώδης ὁ ἐντός ἐστι φλοῦς· ἢ τὸ δασὺ πρὸς τὸ στρυφνὸν τοῦ λέπους ἔφη. Deinde memorant lectionem λαχυφλοίοιο, ἤτοι ἐλάχιστον φλοιὸν ἔχοντος. Hanc ipsam lectionem exhibent Goett. et Lotr. cum glossa μικροφύλλου.

v. 270. Σκύλος. Scholia: νείαιραν σάρκα τὴν ἐσωτάτω λέγει. ἀμφοτέρους γὰρ τοὺς φλοιοὺς ἀφελέσθαι κελεύει. νείαιραν οὖν τὸν ἐνδότερον περὶ τὴν σάρκα ὑμένα τὸν στύφοντα λέγει. σκύλος τὸ δέρμα ἤτοι τὸ ἔνδυμα, τὸ μαῦρον καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ κάλυμμα ὅπερ κατὰ τὴν νείαιραν ἐστὶ σάρκα, περὶ σκύλος, ἤγουν περὶ τὸ ἔνδυμα τὸ μέλαν, τουτέστι τὸ μετὰ τὴν ἄκανθαν, ἐκεῖνο φησὶν, ἑψήσας δίδου ποιεῖν, οἱονεὶ τὸ στύφον. Eadem in paraphrasi sic: καὶ τοῦ ἐρπύλου τὰ φύλλα ἑψηθέντα ἐν ἀποβρέγματι τῶν ἐντοσθίων τοῦ νάρθηκος ἢ σαρδιανῶν βαλάνων καὶ ποθέντα βοηθεῖ. In Goett. libro est περισκύλος continuo scriptum. Diosc. ὁ τῶν σαρδιανῶν βαλάνων ὑμὴν μέσος ὠμὸς (hoc vocabulum omisit Paulus) λαμβανόμενος μετά τινος τῶν προειρημένων χυλῶν. In Parab. κασταναίων τὸ ἐντὸς λεῖον σὺν οἴνῳ. Diosc. I. 126. de castanea: στύφουσι δὲ μάλιστα οἱ μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λέπους φλοιοί. ἡ δὲ σὰρξ καὶ τοῖς ἐφήμερον πεπωκόσιν ἁρμόζει. Aetius: καὶ καστάνου τὸ ἐντὸς μετ᾽ οἴνου ποθέν. Glossa Goett. interl. ὀπάζει· τὸν ἐνδότερον περὶ τὴν σάρκα ὑμένα τὸν στύφοντα ἀέξει. An igitur olim h. l. lectum fuit ἀέξει? Hesychius: σκύλον, δέρμα, κώδιον, οἱ δὲ ῥάκος καὶ τριβώνιον, ἢ δέρμα ἄρκτου, τὸ τοῦ καστάνιου κάλυμμα. Idem σκυλῶσθαι ἀπὸ τοῦ σκυλεῦν τὸ κεκαλύφθαι. Denique: συνεσκελυμμένον, τὸ συγκεκαλυμμένον. lege συνεσκυλυμμένον. De castaneis ad h. l. Scholia ita: τῶν δὲ καστάνων τὸ μὲν σαρδιανὸν, τὸ δὲ λόπιμον, τὸ δὲ μαλακὸν, τὸ δὲ γυμωλικόν. ubi Turnebus Adverf. 5. 12. corrigebat Τιμωλικόν; sed recte Casp. Hoffmann Var. Lect. 3. 30. legit γυμνόλοπον, et comparat cum Plinii balanite; de qua ille 15. f. 25. armatum his (spinato vel addit Vincentius) echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus. — Proxima corpori membrana et in

his et in nucibus, saporem, ni detrahatur, infestat. — Sardibus eae provenere primum; ideo apud Graecos sardianos balanos appellant; nam dios balanum postea imposuere excellentioribus satu factis. Tarentinae planae figura, rotundior, quae balanitis vocatur, purgabilis maxime et sponte prosiliens. Pura et plana est ex eis et Salariana; Tarentina minus tractabilis, laudatior Corelliana et ex ea facta insitione Eterejana, quam rubens cortex praefert; triangulis et popularibus nigris, quae cocticae vocantur. — Ceterae suum pabulo gignuntur scrupulosa corticis intra nucleos quoque ruminatione. Idem sect. 34. putamine clauduntur nuces, corio castaneae; detrahitur hoc iis; at in mespilis manditur. Dioscor. I. 145. αἱ δὲ σαρδιανοὶ βάλανοι, ἃς τινες λόπιμα ἢ κάσ7ανα καλοῦσιν ἢ μότα ἢ διὸς βαλάνους. Agelochus apud Athenaeum 2. p. 54. arbores castaneas vocari ait ἄμωτα. Ita etiam Galenus de Alim. facult. 2. 38. Hesychius: λόπιμα, κάσ7ανα, οἱ δὲ εὔβοικα. Theophrastus κάρυον εὔβοϊκον et διὸς βάλανον dixit; discrimen quale utriusque nominis esse voluerit, obscurum est. Hippocrates castaneas vocat κάρυα πλατέα, earumque membranas (χιτῶνας) alvum sistere ait; avellanas contra κάρυα τὰ σ7ρόγγυλα vocat. Atque ita Xenophon in Anabasi 5. 4. 29. κάρυα τὰ πλατέα, οὐκ ἔχοντα διαφυὴν μηδεμίαν vocavit. Asiaticos suo tempore σαρδιανὰς, et λευκηνὰς, a loco montis Idae Λεῦκαι vocato, dixisse monet Galenus de boni et mali succi cibis c. 4. ubi omnium deterrimas ait esse τὰς προμήκεις μὲν κατὰ τὸ σχῆμα, παραπλησίας ταῖς τῶν φοινίκων, easque magis in porcorum quam hominum cibos natas esse. Has vero balanites Plinii esse statuunt viri docti satis probabiliter. Genus aliquod Hesychius vocat ἀσκηρὰν, puto a sacci figura oblonga, ut genus papaveris fuit πιθῖτις μήκων. λόπος idem est quod λέπος; hinc verbum λοπᾶν de arboribus, cum librum remittunt. Hinc λόπιμον cortex echinatus castaneae nucis, quem λοπίμου πώγωνα dixit medicus apud Galenum de Comp. Medic. sec. loca I. c. 1. Hinc γυμνόλοπα videntur esse nuces illae, quae facile

calyce

calyce isto echinato spoliantur aut plane carent; μαλακὰ autem, quae corium nuclei molle, non durum lignosumve habent. Aetius Serm. 8. c. 73. memorat βαλάνου κασταναίου φλοιὸν, quem recte Cornarius castaneae corticem interpretatur. Nunc ad poetam revertamur, quem optime interpretatur locus Dioscoridis Alexiph. Corium enim durum nucleum includens vocat τέρφος seu ἔρφος, item κάλυμμα; hoc auferri jubet, et tenuem et amaram membranam, quae nucleum sub corio includit, eximere. Hanc vocat σκύλακος ἄνθον, eamque circumdare ait carnem interiorem seu corpus nuclei, περιοπάζει νείαιραν σάρκα. Quod ad varietatem reliquam attinet, δασυφλοίοιο notat hispidum calycem, λαχυφλοίοιο vero notat brevem calycem. Forte ita γυμνόλεπτον significare voluit poeta. Est ex ἐλαχὺς vocabulum breviatum.

v. 271. Καρύκοιο Paris. qui etiam supra versu 369. καρυκίοιο habet. Ab urbe Thessaliae aut Ponti Scholia edita dici monent; Goett. Scholiastes recentior addit: Κασ]άνεα ὄρος.... ἐξ οὗ τὰ κάσ]ανα. Lacunam ex Eutecnio licet explere. Stephanus Byz. Κασ]άναια. Εὔδοξος δὲ διὰ τοῦ θ φησί. ἔστι καὶ Κασ]ανία διὰ ἰῶτα πόλις πλησίον Τάραντος. Ubi monet Berkel ab Herodoto et Strabone urbem Κασθάναιαν inter Penei ostia et Sepiada promontorium collocari. Etymol. M. κασ]άνεα πόλις Μαγνησίας, ὅθεν καὶ Κασ]άνεια κάρυα τὰ ἀπὸ Κασ]άνης τινός. Theophr. H. P. 4. 6. circa Magnesiam ait esse εὐβοϊκὰ κάρυα πολλὰ i. e. castaneas nuces. Sed etymologia nominis dubia est.

v. 272. Scholia in paraphrasi: καὶ ἡ ἐντεριώνη τοῦ νάρθηκος τετριμμένη ποθεῖσα. βοηθεῖ δὲ καὶ ἡ ὀρίγανος λειανθεῖσα. De origano nihil poeta. Eutecnius: νάρθηκός τε τῇ ἐντὸς δὴ τῇ (lego ἢ τῇ) τοῦ Προμηθέως ἐπὶ τῷ πυρὶ λέγεται γενομένῃ συλλαβέσθαι κλοπῇ. Diosc. νάρθηκος ἁπαλοῦ τῆς ἐντεριώνης. In Parab. νάρθηκος ἐντεριώνη μετ' οἴνου. Alibi medulla ferulae ἦτρον dicitur, ignis seminibus et scintillis servandis apta.

v. 273. Scholia sic: τουτέστι τῆς κλοπῆς τῆς ἐστιώσης τὸν νάρθηκα, ἤτοι τὸν κλέψαντα τὴν κλοπὴν τοῦ κλέπτου Προμηθέως. κλοπὴν γὰρ λέγει αὐτὸ τὸ πῦρ. Goett. liber habet: τῆς κλοπῆς τὸν νάρθηκα, τὴν κλοπὴν τοῦ κλέπτου Προμηθέως. Scholiastes recentior G. addit: ὅστις νάρθηξ ἀνεδέξατο τὴν κλοπὴν, τουτέστι τὸ πῦρ τῆς Φωρᾶς. Prometheum ignis semina furatum ex coelo ad homines detulisse servata in ferulae medulla vetus est fabula. Nicandri verba manifesto vitiosa levissima opera ita sano, ut Προμηθείοιο πυρὸς ἀνεδέξατο Φωρὴν legam. Ultima syllaba in πυρὸς caesura fit longa h. l. Hesychius: Φωρὰ, κλοπή. Isidorus Orig. 17. 9. ferula vocata medulla; nam ilum Varro tradit esse ferulae medullam, quam asphodelum graeci vocant. Idem 10. littera N. hilum autem Varro ait significare medullam ejus ferulae, quam graeci asphodelon vocant. De quo loco vide De Rooy. Spicileg. Critic. p. 67.

v. 274. Φιλοζώοιο. Scholia: διότι ἀεὶ ἀνθεῖ καὶ οὐδέποτε φυλλοῤῥοεῖ. Eutecnius: καὶ ἕρπυλλος ἢ βοτάνη καὶ μύρτα ὁμοίως.

v. 275. Εὐφίμου recte G. Lorr. et Scholia: τοῦ φιμοῦντος τῇ στύψει, τοῦ στυπτικοῦ. Vulgo εὐφήμου. Diosc. μύρτων μετ' οἴνου, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ μύρτα λεῖα κοπέντα καὶ ἐνατοβραχέντα ὕδατι βοηθεῖ, τοῦ ἐξ αὐτῶν ὑγροῦ λαμβανομένου. In Parab. μύρτων καρπόν. Aetius: μύρτων ἀφέψημα μετ' οἴνου. Scribonius: myrti baccae aut ejusdem folia.

v. 276. Κάλυμμα. Glossa Goett. τὸ λέπος τῆς σίδης, ἤγουν τοῦ καρποῦ. Scholia in paraphrasi punicum malum omittunt, et pro eo origanum nominant. Sed eadem in polygoni mentione addunt: ἢ ἐν ἀποβρέγματι μήλων ἢ κυδωνίων ἢ στυπτικῶν μύρτων. Eutecnius: ὅτε τῆς σίδης ἐπὶ τούτοις ἀποβρεχθεὶς, ἐν ὕδατι σὺν τοῖς ἄλλοις φλοιὸς ὠφελεῖν δύναται. μάλιστα δὲ πάντων ὠφελιμώτατον πινόμενόν ἐστι τοῦτο (Vind. τούτων) τὸ ἐκ πάντων ὕδωρ. Diosc. σιδίων ἀφέψημα. In Parabil. ῥοιᾶς λέπη ἀποβρέξας ἐν οἴνῳ.

v. 277. Ἐμπίσσεο μύρτης Medic. ἀμίγδην — ἀμπίσεο Parif. Voluit μιγάδην. Gloffa interl. G. πῖε. Ita infra verfu 349. eft μιγάδην, igitur vulgatum μίγδην correxi.

v. 278. Νοῦσον δὲ κεδάσσαις. In his vitium apertum eft. Otiofum enim δὲ et fententiae contrarium. Expectabam νοῦσον διακεδάσῃς. Haefit etiam Zeune Animadv. ad h. l. p. XI. qui malebat νούσημα κεδάσσῃς.

v. 364. In textu corr. ἐπιθρομβωθῇ. Scholia: ἐὰν δὲ θρομβωθῇ ὅ ἐστι τυρωθῇ τὸ νεαλὲς γάλα ἢ τὸ νεωστὶ παθέν. Eutecnius: ἐὰν δὲ τὸ γάλα ἐν τῇ γαστρὶ παγὲν μὴ ἀποβλύζηται, ὁ δὲ πνιγμὸς ἐπιθέμενος ἀνιαρεῖ τὸν ἐν τῇ συμφορᾷ, πάλιν ἐπ' ἐκεῖνα ἴεσο τῶν βοηθημάτων. Plinius 28. f. 43. etsi coagulum alicui nocuerit; nam id quoque venenum est prima lactis coagulatione. Dioscorides Alexiph. 31. καὶ τοῖς λαβοῦσιν ἐμπυτιασθὲν γάλα ἀθρόον πολὺ πνιγμὸς γίνεται διὰ τὸ θρομβοῦσθαι. Ita enim Actuarius legit, ubi vulgo est: ἀθρόως πολύς. et Paulus etiam ἀθροῦν πολὺ habet. Aetius: περὶ γάλακτος ἐνθρομβωμένου. Γάλα δὲ ἐμποτιασθὲν ἢ ἄθροον ποθὲν πνιγμὸν ἐμποιεῖ ἐνίοτε θρομβώμενον. Scribonius: Lac potum et gelatum odore spirationis cognoscetur; praefocantur autem et hoc homines. Asclepiades apud Galenum Antid. 2. 7. γάλακτος ἐκθρομβώσεις vocat. De lactis in ventre coagulatione docet etiam Galenus T. VI. p. 433. ed. Chart.

v. 365. Scholia: πνιγμὸς ἐπακολουθεῖ εἰς ἓν ἀθροιζομένου τοῦ πόματος ἤγουν τοῦ γάλακτος. sed Goett. et Lorr. habent: τοῦ πνεύματος καὶ γάλακτος. Pessime. Nam recte monet Gorraeus lac non aliter nocere, nisi statim, ut inditum coagulum est, antequam in vasculo suo concrescat, hauriatur, ita ut in ventriculo et in venas receptum glacietur et suffocationem inferat. Vide notam ad versum 373. Lac calculis

seu

seu ferreis orbiculis candentibus injectis, dum serum omne consumatur, paratum ad ventriculum ab acrimonia humorum morsum, facile in ventriculo coire in caseum, ideoque ad misceri mel cum sale, ut lacti etiam asinino, ne coeat monet Galenus de Alim. facult. 3. c. 14.

v. 366. Ὄξεος Goett. Scholia: τρισσὰς πόσιας ἀντὶ τοῦ τρεῖς μοίρας. μέσας μὲν ὄξεος, δοιὰς δὲ γλυκέος, τουτέστι τὰς δύο μοίρας γλυκέος, καὶ τὴν μέσην τούτων, τουτέστι τὴν μίαν ὄξεος. Aetius eadem remedia hic valere monet, quae contra sanguinem taurinum coagulatum; vomitum etiam hic ciendum negat, nec salsi quicquam assumendum esse monet.

v. 367. Στεγανὴν gl. G. ξηράν. Eutecnius: καὶ πρῶτον μὲν οἶνον γλυκὺν ὥστε πίνειν δίδου, εἶτα τὸ δεύτερον ὄξους μετὰ δὴ τοῦτο τυγχανέτω, καὶ ὁ τρίτος πάλιν οἴνου πινέσθω ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τούτοις κρητήρ. πάντως γὰρ ἡ γαστὴρ ὑπαχθήσεται τοῦ πιόντος οὕτως. Est vero στεγνὴ γαστὴρ adstrictus venter, quem laxare jubet poeta. Diosc. in Parab. γλυκὺς σὺν ὄξει, ἡδύοσμον σὺν ὄξει. καὶ κοιλίαν δὲ λύει. ἔνιοι δὲ ἡ δύοσμον σὺν οὔρῳ διδόασιν. quae vitiosa esse viderunt interpretes. Equidem ex Nicandro verba ita ordino: γλυκὺς σὺν ὄξει καὶ κοιλίαν δὲ λύει. ἡ δύοσμον — ἔνιοι δὲ etc. Scholiorum interpretationem recte sequitur Gorraeus, pessime haec explicavit Eutecnius.

v. 368. Ἠ ἔτι M. R. Steph. et Lect. ἠέ τι Goett. ἢ καὶ ἔτι καὶ Paris. Deinceps ἐνικνήθεο Ricc. ἐνινήθεο Med. ἐν κνήθεο G. et Paris. Scholia: ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐκ τῆς Λιβύης σιλφίου τὰς ῥίζας τῷ ποτῷ ἔντριβε. Eutecnius: ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥιζῶν ἀποίσῃ τὸ κέρδος ἐναποβρέχων δηλαδὴ τῷ ποτῷ ταῦτα τῶν δεινρπαθούντων. τοῦτο δὴ σιλφίου καὶ ὀποῦ πρὸς τοῖς ἄλλοις λέγω. Diosc. 3. 94. de silere: καὶ τοῖς γάλα τεθρομβωμένον ἔνδον πιοῦσι — μετ' ὀξυμέλιτος ληφθεὶς βοηθεῖ. unde Plinius 22. s. 49. aeque ex aceto his qui coagulum lactis sorbuerint. Inepte haec vertit Plinius. Diosc. Alexiph. σιλφίου ῥίζαν ἢ τὸν ὀπὸν σὺν ὀξυκράτῳ. Scribonius:

mius: laseris radix cum posca. Male igitur Asclepiades apud Galen. Antid. 2. 7. σιλφίου καὶ θείου τὸ ἴσον λεανθέντα μετ' ὀξυκράτου.

v. 369. Ὀποῖο. Scholia: τοῦ κυρηναϊκοῦ. ἰστέον ὅτι οὗτος ὁ ὀπὸς συνεστηκὼς ἐστι καὶ πεπηγὼς ὥσπερ τὸ κόμμιδιον ἢ ὁ λίβανος ἢ ἡ μαστίχη ἢ εἴ τι τοιοῦτον. διὰ τοῦτο οὖν εἶπε τήξας οἱονεὶ ἀναλύσας, διαλύσας ἐν ὄξει. ὁ γὰρ κυρηναϊκὸς ὀπὸς διαλύει τὴν φαρμακείαν. καὶ γὰρ ἐὰν πεπηγότι γάλακτι ἐπιχέῃ αὐτόν τις διαλυθήσεται.

v. 370. Ῥύπτειραν Goett. θρύπτειραν Paris. Glossa Goett. σμηκτικήν. Scholia: κονίλην ἤτοι κονίαν ἢ θύμου καρπὸν ἢ τῆς εὐκνήμου βότρυν, ὅπερ κόριον καλοῦσι μετ' οἴνου. Eutecnius: καὶ μέντοι καὶ νίτρον (Vindob. λίτρον) προσμιγνὺς τῇ πόσει ὀνήσεις τὸν πεφαρμαγμένον. Et huc pertinent verba in Scholiis alieno loco posita vulgo: ἐστι δὲ καὶ τὸ νίτρον διαλυτικὸν τοῦ γάλακτος. Uterque igitur auctor legit h. l. scriptum κονίην, quod restitui, non quod vulgo exstat κονίλην. etsi Gorraeus recte lixiviam vertit. Dioscor. καὶ τὴν πιλοποιητικὴν κονίην. Vulgo erat πηλοποιητικήν. Vitium correxit Saracenus et Rhodius ad Scribon. p. 308. Idem in Alexandro Trall. liano p. 4. sustulit Goupylus p. 3. Multa de hac κονία ad Aeginetam Paulum et Galenum de Comp. Medic. secundum loca p. 304. disputavit Cornarius. In Parabil. ὀπὸς σιλφίου σὺν ὀξυκράτῳ ἢ κονίᾳ. ubi recte jam Conr. Gesner admonuit de κονίᾳ πιλοποιητικῇ, deinde etiam Gorrhaeus ad h. l. Est lixivium unde operantur coactiliarii apud Marcellum Empiricum c. 14. Cremati roboris cinerem nitrosum esse Theophrastus H. P. 3. 7. et Plinius 16. f. 11. monent. Hic etiam 31. f. 46. de nitro: quercu cremata nunquam multum factitatum est et jam pridem in totum omissum. Nitro autem et lomento sordes elui constat vel ex Ciceronis Epist. ad Div. 8. 14. Hanc ob caussam lectionem ῥύπτειραν praetuli vulgatae θρύπτειραν: quae tamen etiam inde defendi potest, quod de taurino sanguine incidendo et differendo posuit versu 334. διαθρύψειας.

θρύψειας. Ceterum sales lixiviales causticos caseum resolvere, experimentis nuperrime demonstrarunt Galli *Parmentier* et *Deyeux* in Analysi chemica lactis, inserta Vol. VI. des Annales de Chimie.

v. 371. Κρυκόεντα Ricc. Deinceps ἀμείνει Paris. Euteenius: ἀτὰρ οὖν καὶ θύμου σ7άχυν συμβαλλόμενον εὑρήσεις πρὸς τὴν βοήθειαν. Diosc. θύμον τε σὺν ὄξει. ubi Paulus σὺν οἴνῳ habet. Gorraeus spicam semine grauem vertit. Ad βρυόεντα glossa interl. Goett. habet adscriptum ἀνθώδη. recte!

v. 372. Εὐκνήμοιο M. R. Paris. quod ipsum vulgato εὐκνήμοιο substitui voluit Dorville ad Charit. p. 17. Scholia: ἢ τῆς εὐκνήμου βότρυν ὅπερ κόριον καλοῦσι. Alter auctor: βότρυς εὐκνήμου, ὡσανεὶ τὰς καλὰς κνήμας ἐχούσης ἀμπέλου. κνήμας δὲ τὰ μεταξὺ τῶν κονδύλων ἢ τῶν κάμψεων λέγει. τοῦ βότρυος βρεχθέντος ἐν οἴνῳ. addit Goett. ἢ εὔκνημος εἶδος βοτάνης. Euteenius: καὶ βότρυς ἐν οἴνῳ βεβρεγμένος μετὰ εὐκνήμου τῆς βοτάνης βρωθεὶς οὐκ ἔστι βοηθεῖν ἀδόκιμος. Pejorem rationem secutus Gorraeus vertit: sarmentosaeque racemus vitis. Quo referatur Scholiorum κόριον, difficile est dicere. Praeter coriandrum genus hyperici κόρις et κόριον dicitur apud Diosc. 3. 171. et 174. et Plinium 26. s. 53. 54. 73. 80. et 81. Hippocrati κόρη dicitur, monente Galeno in Glossario. Vide Foësium. Hoc hyperico poeta infra contra lithargyrium utitur versu 603. Sed puto corymbum polycnemi intelligi. Diosc. 3. 108. πολύκνημον — τὸν καυλὸν πολυγόνατον — μικρὰ δ' ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια. μετ' εὐωδίας τινὸς δριμείας. unde Plinius 26. s. 88. Polycnemon — multis geniculis, corymbo odorato acri et dulci odore. De eucnemo dixi ad Theriac. vers. 648. Sed sententia et ratio grammatica postulat ut βότρυς ἀμύνει separatim ab εὐκνήμοιο interpretemur. Igitur fortasse artemisia intelligenda est, quam contra calculos ex vino dulci et ad stranguriam laudat Diosc. 3, 127. et Plinius 26. s. 49. Idem Plinius 27. s. 31. botrys fruticosa herba est luteis ramulis — medetur orthopnoicis. Hoc Cappadoces ambrosiam

siam vocant, alii artemisiam. Ita etiam Diosc. 3. 130. Haec igitur sive botrys sive artemisia forte a poeta intelligitur, quanquam a medicis graecis inter remedia haec omissa.

V. 373. Ταμίσοιο. Scholia: τοῦτο ἄξιον θαύματος πῶς ἡ πυτία διαλύει τὸ συνεστηκὸς ἐν τῇ κοιλίᾳ γάλα, ἀλλ' οὖν ἀλλὸ ἐπισυνίστησι. Eutecnius: καὶ τάμισον δὲ πινόμενον διαλύει τὸ ἐν τοῖς ὑπερώοις ἄρα πεπηγμένον κακόν. Aetius: βοηθεῖ δὲ τούτοις πυτία πᾶσα μὲν, μάλιστα δὲ λαγωοῦ πινομένη μετ' ὄξους. καὶ γὰρ τὸ πρόσφατον γάλα πήγνυσιν ἡ πυτία ἐμβληθεῖσα, τὸ δὲ ἤδη θρομβωθὲν διαλύειν πέφυκε. Diosc. πυτία σὺν ὄξει. In Parabil. πυτία λαγωοῦ ἢ νεβροῦ ἢ ἐρίφου ἢ δορκάδος ἢ βουβάλου ἢ μόσχου σὺν ὄξει. Scribonius: item coagulo agnino leporino, porcino, victoriati pondere ex aqua bis terve dato: ubi porcinum coagulum inepte memoratur, quod nullum est. Asclepiades apud Galenum l. c. συμφέρει ὄξος ποτίζειν, διδόναι δὲ χρὴ καὶ πυτίαν μεθ' ὕδατος κρηναίου. Invitante hac occasione dicemus pauca de lactis usu apud veteres et origine vocis πυτία, quam Nicander una cum Aristotele H. A. 3. 21. πυτίαν dixit; cujus originem vulgo cum Gaza a πήγνυμι, πήσσω repetunt, quoniam in libris quibusdam male πητύα scriptum repererant. Quem errorem non miror obrepsisse etiam H. Stephano; has enim origines qui recte explicare voluerit, rerum is naturam probe cognitam habeat oportet. Primum igitur lac quod a partu statim sequitur, graece πύος latine colostrum dicitur, fuitque antiquitati graecae et romanae in deliciis. Aristophanes Vesparum 710. καὶ πύῳ καὶ πυριάτῃ. Ita etiam Eubulus comicus apud Athenaeum 14. p. 640. Πυριάτης dictus etiam πυριέφθης. Athenaeus 14. p. 658. οὕτω δὲ καλεῖται τὸ πρῶτον γάλα. Eustathius ad Odyss. p. 1626. l. 3. ἔστι δὲ πυὸς τὸ πρωτόῤῥυτον γάλα καὶ νοστιμώτατον κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ὅ τινες πύαρ φασίν. ἡ χρῆσις παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Εἰρήνῃ (versu 1150.) ὅθεν καὶ πυαρίτης τὸ πύρεφθον, ὃ γίνεται ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄγαν ἡδέων ἡ λέξις. Sed Eustathius vitiosa librorum lectione decep-

ptus fuit, qui in Aristoph. Vesp. 710. πυαρίτῃ habent, correcti a Brunckio. Ita Plautus Poenul. 1. 2. 154. meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus. Hesychius: πυριατὸν, τὸ ἑφθὸν πυρὶ, ὃ γίνεται ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος. Idem πυρίεφθα τὸ πρῶτον γάλακτος. Pollux etiam 6. f. 54. πυὸν πυριάτην et πυρίεφθα nominat, sed non explicat. Idem I. 248. πυριάτης, τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον πυρίεφθον. Publice Athenis venditatum fuisse πυὸν arguere licet ex fragmento Aristoph. apud Athenaeum p. 372. B. Aetius etiam πυριάτην nominat 2. cap. 99. Ex lacte isto coagulato in ventriculo postremo ruminantium animalium, dum lactent, consistit dicta πυετία vel πυτία. Aristoteles H. A. 3. 21. ἡ δὲ πυτία γάλα ἐστὶν ἔχον ἐν ἑαυτῷ τυρόν. τῶν γὰρ ἔτι θηλαζόντων ἐστὶν ἐν τῇ κοιλίᾳ: γίνεται μὲν οὖν ἡ πυετία ἐκ τῆς τοῦ ζώου θερμότητος πεττομένου τοῦ γάλακτος. Ita locus iste corrigendus est ex libris scriptis, ubi vulgo πῦρ legitur pro τυρόν. Nunc de colostro audiamus Plinium 11. sect. 96. Ex primo semper a partu colostra fiunt, quae, nisi admisceatur aqua, in pumicis modum coeunt duritia, pullis asinarum ubi pingue pabulum, biduo a partu maternum lac gustasse letale est. Genus mali vocatur colostratio — crassissimum lac asinae, ut quo coaguli vice utantur. Idem 28. f. 33. utilissimum cuique maternum lac. Concipere nutrices exitiosum est: hi sunt enim infantes qui colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem. Est autem colostra prima a partu spongiosa densitas lactis. Martialis 13. Epigr. 38. surripuit pastor, quae nondum stantibus hoedis de primo matrum lacte colostra damus. Veteres latini teste Nonio colostram dixerunt. Lac igitur primum in ventriculo ruminantium et lactentium animalium dum calore coagulatur, consistit πυετία, quod deinde lacti alii additum coaguli vicem praebet, ut ficorum siccus, cneci semen et alia remedia, quibus olim utebantur rustici. Colostram ipsam graeci πυὸν, factum inde coagulum πυετίαν vocarunt. Primum lac seu colostra in cineribus calidis aliquantisper fervefactum sive

coagulo

coagulo coit, teste Galeno de Alim. facul. 3. 15. Hoc comicis antiquis dici τυρώτησ, asiaticis suae aetatis hominibus πόριεφθον, addit; modo coagulo et melle indito cogi, quod praecipue probat Galenus.

v. 374. Ἀπὸ φυλλάδος teste M. R. Vulgo ἀπόφυλλάδες. Scholia: καὶ τὸ μελισσόφυλλον δὲ δίδου σὺν ὄξει, ἢ μελίσσης ποτὸν ἔφη τὸ μέλι. σίσυμβρον δὲ ποτὸν τὴν ἡδύοσμον ἔφη κατ' εὐφημισμόν. Deinde subjungunt quae Goett. liber omisit, haec: Μίνθη ᾅδου παλλακή· οὕτω καλουμένη, ἣν διεσπάραξεν ἡ Περσεφόνη, ἐφ' ᾗ τὴν ὁμώνυμον πόαν ἀνέδωκεν ὁ Ἅδης. Eutecnius: καὶ ἡδύοσμον ἐπὶ τούτοις καὶ ὃ λέγουσι μελισσόφυλλον. καὶ γὰρ δὴ ταῦτα οἴνου μετὰ σἰσύφοντος ὠφελεῖν δύναται τοὺς δεομένους πινόμενα. Etymol. Paris. apud Gesnerum ad Orpheum p. 411. Μίνθη, ἥν τινες ἡδύοσμον καλοῦσι. ἔστι δὲ καλάμινθος ἄγριον ἡδύοσμον, ὅπερ λυπουμένη ἡ Δημήτηρ ἰδοῦσα ἐμίσησε καὶ ἄκαρπον ἐποίησε. Ὀρφεύς· τὸ πρὶν ἐὸν μέγα δένδρον ἐπὶ χθονὶ καὶ φερέκαρπον. Ita enim fragmentum Orphicum ex Etymol. Gudiano correxit Kulenkamp in Specim. p. 34. Fabulam de Mintha pulcre cecinit Oppianus Halieutic. 3. 486. et ante eum Strabo libro 8. πρὸς ἕω δ' ἐστὶν ὄρος τοῦ Πύλου πλησίον ἐπώνυμον Μίνθης, ἣν μυθεύουσιν παλλακὴν τοῦ Ἅδου γενομένην κατηθεῖσαν ὑπὸ τῆς Κόρης εἰς τὴν κηπαίην μίνθην μεταβαλεῖν. ita enim ex Oppiano vulgatum ἀπατηθεῖσαν correxit *Sevin* in Mémoires de l'Academ. des B. L. T. V. p. 155. Ex Strabone fabulam refert etiam Pollux 6. sect. 11. Photii Lexicon MStum: Μίνθη καλαμίνθη ἡδύοσμος βοτάνη εὐώδης. Ab odore dicitur etiam μινθοῦν τὸ δυσφραίνεσθαι, καὶ μινθωθῆναι τὸ μολυνθῆναι, ἀσχημόνως, ut Photius explicat. Denique idem: Μίνθα τὸ παρ' ἐνίοις ἡδύοσμον, εἰς ὃ μεταβαλεῖν φασὶ τὴν Ἅδου παλλακήν· ἀφ' ἧς καὶ τὸ περὶ τὴν Ἦλιν ὄρος. Ζηνόδοτος δὲ τὴν Ἴυγγα ὑπ' ἐνίων μίνθαν λέγεσθαι, θυγατέρα μὲν οὖσαν Πειθοῦς, παῖδα δὲ νύμφαν. Ἀριστοκλῆς δὲ ἐν τῷ περὶ Γιγάντων διαπλασθῆναι τὸν ἐπ' αὐτῇ μῦθον διὰ τὸ καρπώδες εὑρεθὲν ὑπὸ κατεφρονηθῆναι τὸ φυτόν. quibus corrigendis

 nunc

hunc non immorari licet. De verbo μινθοῦν vide Interpretes Aristoph. Plut. versu 313. et Ranar. 1075. Plinius 20. s. 53. menta acescere aut coire densarique lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne hujus coagulati potu strangulentur. Vide et Diosc. 3. 41. et Geoponic. 12. 24. Aetius: καὶ καλαμίνθης χλωρᾶς ἢ ξηρᾶς τὰ φύλλα λεῖα καὶ τὰ εἰρημένα ἐπὶ τοῦ θρομβωθέντος αἵματος. Scribonius: menta quam plurima saepius sumta. Diosc. καλαμίνθης τὰ φύλλα ξηρὰ ἢ τὸν χυλὸν ὁμοίως. Idem 3. 36. de menta sativa: καὶ γάλα ἀτύρωτον φυλάσσει, ἐναποκλυσθέντων αὐτῷ τῶν φύλλων.

v. 375. Στύφοντι ποτῷ. Inepte Scholia: στυφόεν ποτὸν τὴν ἡδύοσμον ἔφη κατ' εὐφημισμόν. quae habet etiam gl. interl. G. et ad μεμορυγμέναι notat. βεβρεγμέναι. Ceterum μελίσσης nullo modo melissophyllum licet interpretari, sed pertinet ad ποτῷ, ergo mel significatur. Deinde ἀνστύφοντι (ita enim legi malim, ut v. 321. ἔνστυφον ποτὸν ὄξευς) ποτῷ ὄξευς quomodo Scholia ad ἡδύοσμον trahere potuerint, aut Eutecnius μετὰ στύφοντος οἴνου interpretari, nisi οἴνης legerit scriptum, ignoro.

Addo locum Diosc. 2. 105. de cera: πινόμενος δὲ μεγέθη κεγχριαῖα δέκα οὐκ ἐᾷ τυροῦσθαι ἐπὶ τῶν τιθηνῶν τὸ γάλα. quae ineptissime vertit Plinius 22. s. 55. adversatur lactis naturae, ac milii magnitudine decem grana cerae hausta non patiuntur coagulari lac in stomacho.

v. 376. Ἀλλά γε δὴ Goett. Eutecnius: τὸ δορύκνιον γάλακτι μὲν ἔοικεν τὴν χροιὴν, γάλακτι δὲ ἔοικεν ὁμοίως τὴν γεῦσιν. ὁ μέντοι τοῦ δορυκνίου τούτου τῆς κακῆς πόσεως μετεσχηκὼς ὑπομένει τοιάδε. Etymologicum M. p. 283. δορύκνιον παρὰ Νικάνδρῳ ἀντιφάρμακον. γράφεται καὶ δορύχνιον. τὸ δορύκνιον τῶν θανασίμων ὑπάρχον πινόμενον.– ἔστι δὲ κατὰ τὴν ὀσμὴν καὶ τὴν γεῦσιν γάλακτι παραπλήσιον, εἰ δέ τις αὐτὸ κλάσειε γάλακτος ἀποστάζει. ὅθεν δυσδιάκριτον τῷ πίνοντι διὰ τὸ εἶναι γάλακτι παραπλήσιον. Δημοφῶν δ' ἐτυμολογεῖ αὐτὸ οὕτω καλεῖσθαι διὰ τὸ δόρατι ἴσον εἶναι κατὰ τὴν ἀναίρεσιν ubi legi debet ἐν ἀντιφαρμάκοις, ut ab initio hujus poematis jam monui. Eadem

dem paulo diversa leguntur in Scholiis editis, sed in Codice Goett. plane eadem; nisi quod vulgata addunt ea, quae recentior Scholiastes Codicis Goett. in margine addidit: τὸ δορύκνιον ὃ καὶ μελισσόφυλλον καλεῖται, βοτάνη ἐστὶν ἀγρία. αὕτη κοπτομένη ὀπὸν ἀποστάζει ὅμοιον γάλακτι τὴν θέαν, τὴν γεῦσιν καὶ τὴν ὀσμήν. De varietate scripturae δορύχνιον nulla fit mentiō in Scholiis his vel editis. Contra addunt ineptam etymologiam ex Lysimacho, διὰ τὸ ξύλον (δόρυ) εἶναι κνίδης (male κνίφης) παρασκευαστικόν. Dorycnium idem cum solano furioso facit Auctor Alexipharmacorum Dioscoridi adscriptorum, Paulus et Aetius. Contra Dioscorides IV. 75. a solano furioso distinguit; atque etiam auctor Parabilium Dioscoridi adscriptorum de utroque separatim tradit. Dorycnion a Cratena halicacabum (communi solani halicacabi nomine) aut calliada (vel callaida ut est in Aldina editione cap. 72. vulgo enim in cap. 75. male legitur caleam) vocari ait Dioscorides IV. 75. et de ipso halicacabo solano in quibusdam Codicibus nomina dorycnii et callaidos addita leguntur cum romano Apollinaris minoris. Atque ita etiam in Kyranidum libro tertio p. 137. doriginum explicatur, herba Apollinaris. Apollinarem et dorycnion de solano furioso habet etiam Apulejus de Herbis c. 22. Dorycnii nomen eidem addit Galenus Medic. sec. loca X. 3. Plinius 21. s. 105. strychnum seu solanum furiosum interpretatur dorycnion. Hoc est, inquit, venenum, quod innocentissimi auctores simpliciter dorycnion appellavere, ab eo quod cuspides in praeliis tingerentur illo passim nascente. Qui parcius insectantur, manicon cognominavere; qui nequiter occultabant, erythron aut neurada, ut nonnulli perisson. Idem Plinius halicacabum callion etiam appellari ait. Variatur igitur lectio inter callias, callais, calea et callion. In remedio lac muliebre commendat Plinius 18. s. 21. ex Aristotele, nisi lectio fallat; alibi mustum, lac asininum, echinos marinos, cancri marini decocti jus et mitulos marinos. Galenus de Simpl. M. Fac. 17. 4.

 dorycni-

doryenidion ait temperamento naturae simile esse papaveri et mandragorae, virtute frigidum et quidem vehementer; parva quantitate sumtum soporem inducere, copiosius ingestum occidere. Aetii Codex graecus initio capitis haec a recentiori manu addita habet: Dorycnii radicis drachma una potata phantasmata solum excitat, praeterea non nocet; drachmae autem duae a mente alienant furiosum factum per tres aut quatuor dies, et interimunt. Quapropter aliqui solanum furiosum appellant. In fine vero capitis eadem manus addidit haec: τινὲς δὲ ἕτερον εἶναι φασι τὸ δορύκνιον, οὗ καὶ ταύτην εἶναι τὴν σημείωσιν, καὶ τὴν θεραπείαν, τὸν δὲ μανικὸν στρύχνον ἀναιρεῖν πάντα τὸν πιόντα ἐκμανέντα τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ. De melissophyllo quod Scholia annotant, nemo praeterea tradidit. Recentiorum suspiciones et opiniones de dorycnio retulit et judicavit Schulze in Toxicologia Veterum Halae 1788. p. 20 et seqq.

v. 377. Dioscorides: παρακολουθεῖ ὥσπερ γάλακτος ποιότης ἐν τῇ γεύσει καὶ λυγμοὶ συνεχεῖς γλώττης τε ὑγρότης. Paulus rectius ξηρότης habet in editione Aldina. Hoc est enim ξηρὸν στόμα nostri versu 384. ὑγρότης male etiam Codex Aetii graecus habet. Scribonius cap. 59. Dorycnion gustum quidem habet lactis, potum vero singultus crebros facit, et vomitus frequenter concitat.

v. 378. Τῇ δ' ἤτοι M. Ricc. Scholia: λυγμοὶ αἱ τοῦ πνεύματος ἀναγωγαί. Eutecnius: λυγμῷ συνέχεται χαλεπῷ, ὑπανακρούεταί τε τὸν αὐχένα, δυσφορεῖ τε λίαν αὐτοῦ τῆς γαστρὸς τὸ στόμα. ἐμεῖ σὺν αἵματι τὴν τροφήν. αἱ διὰ τῶν χωρίων κάτω ἐκκρίσεις μυξώδεις γίγνονται. ubi Goett. liber habet rectius τοῦ χορίου. Verbum ἀηθέσσειν habes apud Apollonium Argon. I. 1171. et IV. 38.

v. 380. Αἱματόεσσαν. Diosc. καὶ αἵματος ἀναγωγὴ ἀθρόα, κατὰ κοιλίαν δὲ αὐτοῖς μυξώδη φέρεται ὡς ἐπὶ δυσεντερικῶν. Ita etiam Paulus et Actuarius. Contra Aetius: ῥιπτασμός, ἄλγημα στομάχου, στρόφος, καὶ κατὰ κοιλίαν μυξώδη

φέρεται

φέρεται καὶ ξυσμώδη: addit Cornarii verſio in reliquis minus integra: quemadmodum in dyſentericis fieri conſuevit. Scribonius: rejiciunt autem a ſtomacho ramenta, quae etiam ſimillima torminoſis, ſubindeque animo deficiuntur. Quae minus integra eſſe comparatio docet. Hippocrates περὶ παθῶν T. II. p. 312. edit. Mack. τεινεσμὸς ὅταν λάβῃ, διαχωρέει αἷμα μέλαν καὶ μύξα, καὶ μόνος ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ γίνεται, καὶ μάλιστα ὅταν ἐς ἄφοδον ἴξῃ. τούτῳ ξυμφέρει τὴν κοιλίην διυγραίνειν καὶ λιπαίνειν καὶ ἀλεαίνειν (vulgo male λεαίνειν) καὶ ὑπάγειν τὰ ἐνέοντα καὶ λούειν θερμῷ πλὴν τῆς κεφαλῆς. Vocem μέλαν ex Codice ſcripto addidit Mack.

v. 381. Νηδυΐων. Ita M. R. G. pro νηδύων. Pariſ. omittit θολερήν. Eutecnius pro νηδυΐων habet χυρίων, gloſſa interl. G. ἐντέρων. Homeri Apolloniique exempla dabunt Lexica.

v. 382. Τηνεσμῷ δ᾽ ὡσεί τε vulgo legitur. Nobiſcum M. R. G. Scholia: τῇ διατάσει. διαφέρει τηνεσμὸς καὶ δυσεντέριον· συνεγγὺς μέντοι ἀλλήλων. καὶ γάρ ἐστι πάθος ὁ καλεῖται χόρδαψος. τηνεσμὸς δ᾽ ἐστὶν, ὃν νῦν λέγομεν βιασμόν. Ἄλλως. τοῖς τηνεσμώδεσι παρακολουθεῖ δυσεντερία, εἶτα ὁ χόρδαψος. ἕτεροι δέ φασι (ὃν δὴ φ. Goett.) συναμματιζομένου ἐντέρου οὗ (τότε G.) προηγεῖται τηνεσμός. Eutecnius: τηνεσμὸς δέ ἐστιν αὐτῷ, ᾧ κατεχόμενος ἀνιᾶται· καλοῦσι δὲ δυσεντέριον τηνεσμὸν οἱ ἐξ Ἱπποκράτους. ubi in Goett. libro haec legi potuerunt verba reliqua: τηνεσμῷ καὶ διατάσει . . . . ὁ λεγόμενος βιασμός ἐστιν, ὃν οἱ ἐξ Ἱπποκράτους δυσεντέριον τηνεσμὸν καλοῦσιν. Hippocrates de Morbis I. p. 129. μεταπίπτει εἰς δυσεντερίην τεινεσμός. Affinem facit etiam περὶ παθῶν p. 184. l. 4. Vide Foëſium. Vocabulum βιασμὸς ex Gloſſariis illuſtravit Langii Gloſſarium Graecum.

v. 383. Καρόουσι Pariſ.

v. 384. Ὁ μὲν ποθέει Medic. Deinceps στόμα ξηρὰ βρ. Goett. βρύξαι Medic. Eutecnius: ἀνιώμενος τετυχαροῦν ἐπὶ τούτῳ σφόδρα κάμνων τε τὸ σῶμα ὑπὸ ξηρότητος ἔφεσιν οὐδεμίαν ἔχει μεταλαβεῖν ποτοῦ.

v. 385. Σὺ μὲν πολλάκι Goett. Eutecnius: ἀλλὰ σὺ τούτῳ μὲν εἰς πλῆθος γάλα ἐπίτρεψον πίνειν, καὶ ποτὲ μὲν μίξας δίδου, ποτὲ δὲ καθ᾽ αὐτὸ, ἔπειτα χλιανθὲν τοῦτο. οὐ γὰρ ἄλλως κρεῖσσον. Diofcor. μελίκρατον ἢ ὄνειον ἢ αἴγειον γάλα. In Parab. c. 158. γάλα γλυκὺ ἔλαιον. quem locum vitiofum effe monent Interpp. Scribonius: adjuvari autem debent laefi eo, lacte afinino, equino, bubulo. Aetius: βοηθεῖ δὲ πρὶν τούτων τι παρακολουθήσει μετὰ τὸν ἔμετον καὶ τοὺς κλυσμοὺς μελίκρατον ὄνειον ἢ αἴγειον γάλα νεόβδαλτον πινόμενον συνεχῶς. Afclepiades apud Galenum l. c. γάλα βόειον καὶ γλυκύ. Eutecnius γλυκὺ ad lac retulit: alii muftum intelligunt, quod γλεῦκος et γλυκὺ vel γλυκὺς οἶνος dicitur.

v. 386. Γλυκὺ libri fcripti omnes. Vulgo γλυκὺν — ἀλυκότερον. fed Med. Ricc. Goett. ἀλυκρότερον cum gloffa interl. χλιαρότερον. Ita etiam Eutecnius. Aetius poft fuperiora ita: γλυκὺς οἶνος χλιαρὸς μετ᾽ ἀνίσου πινόμενος. ἀμύγδαλα πικρά. tria amygdala amara pofuit Cornarius. Hefychius: ἀλυκὸν, ἁλμυρὸν, χλιαρὸν, ψυχρὸν, οἱ δὲ θερμόν. Scilicet etiam in ifto loco confufae funt diverfae voces ἀλυκὸν, ἁλμυρὸν, et ἀλυκρὸν, χλιαρὸν, θερμόν. Dicitur etiam θαλυκρὸν pro tepido. Vide ad Hefychium.

v. 387. Φιαρῷ Med. Ricc. Scholia: τῶν στηθίων σαρκῶν ὄρνιθος τῆς λιπαρᾶς. Eutecnius: ναὶ μὴν καὶ ὄρνιθος καθεψηθείσης ποθὲν ἐπαμύνει τὸ ὕδωρ καὶ τὸ στῆθος ἀδρυνθείσης κατεσθιόμενον ἐπωφελέστατον. Diofc. στήθη ὀρνίθεια καθηψημένα. In Parab. ὄρνιθος στῆθος καθεψηθὲν, λεῖον ποθὲν καὶ ὁ ζωμός. ubi poftrema corrupta effe verba monent Interpretes. Equidem lego: κογχύλια καὶ ὁ ζωμός. Aetius: στήθη τε ὀρνίθων καθεψημένα. Ceterum notum eft graece gallinam praecipue dici ὄρνιν. De voce φιαρὸς alibi dictum fuit fatis.

v. 388. Ἤμυνε Goett. εὐτροφέων Parif.

v. 389. Χυλός. Scholia: ἤτοι τοῦ στήθους τῆς ὄρνιθος ὁ χυλὸς ἢ ἕτερον βοήθημα λέγει χυλὸν, πτισάνης. ἄμεινον δὲ τὸ πρό-

πρότερον. Eutecnius: καὶ χυλὸς πτισάνης ῥοφούμενος πρὸς τούτῳ χρήσιμον. De ptisana tacent medici graeci. Sed et latini succum ptisanae dixerunt, vel simpliciter succum. Ita Apicius IV. 4. de ptisana vel succo sed in eadem compositione V. c. 5. est alicam vel succum ptisanae sic facies. Videntur igitur Graeci etiam χυλὸν simpliciter dixisse succum ptisanae; unde error Scholiorum ortus est, quae vocem χυλὸς retulisse videntur ad sequentia conchylia. Male!

v. 390. Ὑπὸ pro ὑπὲρ dederunt libri scripti omnes, πετρήεντος pro πετρήεσσιν Medic. Ricc. et Goett. Eutecnius: ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ τρεφομένων πρὸς ταῦτα ἐπιεικῶς ἀφανέστερον ζώων, ὧν τὰ μὲν ὠμά, τὰ δὲ ὀπτηθέντα καὶ ἄλλα ἑψηθέντα κατεσθιόμενα παρέχει τῷ κακοπαθοῦντι χορηγίαν ζωῆς. Dioscor. πάντα τὰ κογχύλια ὠμὰ καὶ ὀπτὰ ἐσθιόμενα καὶ κάραβοι καὶ ἄσταχοι καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ζωμὸς πινόμενος. In Parab. ἔχινοι κόγχοι καὶ πορφύραι καὶ γραφίδες (legunt καρίδες vel κηραφίδες) πῆνες (legunt πίνναι) κτένες, κήρυκες, ὠμὰ καὶ ἑφθὰ ἐσθιόμενα. Scribonius: conchyliis omnibus crudis atque decoctis. Aetius: καὶ πάντα τὰ κογχύλια, ὠμὰ καὶ ὀπτὰ ἐσθιόμενα καὶ κάραβοι καὶ ἀσταχοὶ καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ζωμὸς πινόμενος. Ita etiam Asclepiades apud Galenum l. c.

v. 391. Περιβρέμεται M. Ricc. Scholia: περιβόσκεται αἰγιαλούς, κωβιοὶ καὶ τὰ τοιαῦτα. Strombi sunt turbinatum genus conchyliorum, a forma nucum pinearum, quas ipsas Nicander στρόμβους vocavit. Ad hoc genus pertinet purpura, eique simillimus κῆρυξ, quo olim pro buccina utebantur. Hinc nomen traxit. Pectines diversi sunt generis, hodie omnibus noti; item pinnae generis bivalvium ostreorum. Ceterum ipsos etiam pisces, qui in alga degant eaque vescantur, (φυκοφάγοι) plerumque pinguiores esse monet Aristoteles H. A. 8. 19.

v. 393. Χάλκης M. Ricc. Edd. quaedam ᾗ ἔτι habent. Scholia: εἶδος πορφύρας, ἀφ' ἧς αἱ γυναῖκες κάλχιον (πρεχίλκιον G.) βάπτουσι. καλχαίνειν δὲ τὸ πορφύρειν. Eutecnius:

οἱ

οἵ τε δὴ κοχλίαι πολὺ πλέον καὶ αἱ κυραφίδες πίννικί τε ὁμοίως, καὶ ἔχινοι καὶ τῶν κ7ενῶν γένος. Schol. Soph. ad Antig. v. 20. κάλχη γάρ ἐσ7ιν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας, ἥτις ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνιοῦσα τῆς θαλάσσης βάπ7ει τὴν καλλίσ7ην πορφύραν. Hesychius etiam πορφύραν interpretatur χάλκην. Strabo κάλχην pigmenti genus facit. Quod de herba addunt Scholia, falsus eorum auctor fuit vocabulo ἄνθος, quod de purpura dicitur, ut χαλκοῦ ἄνθος. Calche enim herba, latinorum calthá, flore purpureo non est, recte monente Salmasio de Homonym. p. 29.

In fragmento Georgicorum apud Athenaeum XV. 9. Nicander inter coronarios flores nominat χάλκας, ubi cum Scaligero Casaubonus corrigit κάλχας. Florem aureum κάλχης esse docent loca allata ab Athenaeo XV. p. 682.

Κηραφίδος. Eutecnius omisit, nec Scholia explicant vocabulum. A purpura distinxit auctor Parabilium; recte. Sunt dictae Hesychio καραβίδες et γραῖες. Idem Hesychius: χήραφις, κάραβος. ubi h. l. respexit. Καραβίδες sunt Alexandro Tralliano 7. p. 103. ubi glossa habet λουκούσ7αι. Hesychius: κωρίδες γραῖες, ζῶον θαλάσσιον. Sophron apud Athenaeum III. p. 166. ἴδε καλᾶν κουρίδων, ἴδε καμμάρων. Ex Sophrone et Archilocho χήραβος meminit Athenaeus III. p. 86. quae eadem mihi videtur esse. Vide notam ad Oppiani Halieutic. p. 387.

v. 394. Πίννης τε libri scripti omnes pro δέ. Medic. πίνης ut Lectius. Scholia: αἰθήεντος ἐρυθροῦ, πυῤῥοῦ κατὰ τὴν σάρκα. Glossa interl. G. πυῤῥώδη γὰρ ἔχει τὴν σάρκα. Τζέτζης δὲ φησὶ τεφρωειδοῦς. Plinius 32. f. 20. contra dorycnium echini maxime prosunt — praecipue jure sumto; et cancri marini decocti jus contra dorycnium efficax habetur; et sect. 21. et ostrea adversantur iisdem — purpurae quoque contra venena prosunt. In extremo versu dele comma.

v. 395. Κτένος Paris. Eutecnius: οἱ γὰρ δὴ κήρυκες οὐχ ἀνομοίως τοῖς τοιούτοις δύνανται βοηθεῖν. ἀλλὰ καὶ ἡ τήθη ὡσαύτως δύναται βοηθεῖν. αὔξεται δὲ ἄρα καὶ τρέφεται

ἐν

ἐν τοῖς βρύοις ταῦτα. ἄπεσ7ι δὲ τοῦ βοηθεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ δορυκνίου κακουργημένοις οὐδὲ τα ὄσ7ρεα." Ita locus hic ex Goett. est supplendus; praeterea τὰ τήθη legendum.

v. 396. Γραιόμενα Medic. Scholia: τήθη, τὰς ἀγρίας λέπαδας ἃς ἡμεῖς ὠτία λέγομεν — γεραιόμενα, αὐξανόμενα ἐν τοῖς βρύοις, ἢ νηχόμενα ἢ ἀγρευόμενα ἢ κοσμούμενα. Aristoteli H. A. 4. 4. τήθυα audiunt. Plinius 32. f. 31. tetheae — inveniuntur hae in foliis marinis sugentes, fungorum verius generis, quam piscium: eaedem et tenesmum dissolvunt renumque vitia. Xenocrates de Alimento Aquat. c. 29. τήθεα γίνονται ἐν βορβόρῳ καὶ φυκιοφόροις ἀκ7αῖς, εὑρίσκεται δὲ ἐν βρύοις καὶ πράσοις καὶ φυκίοις. ἔοικε φυτῷ θαλασσίῳ, μύκητι. — ἐξαρκεῖ δὲ τοῖς νεφροῖς ἢ σ7όμαχον κακουργουμένοις καὶ τηνεσμώδεσιν. Ubi Codex Parif. habet τήθυα. Formam τῆθος et τήθη habet Athenaeus III. p. 88. Pertinere videntur ad ascidiorum genus Linnaeanum. Ceterum interpretatio ἀγρευόμενα respicere videtur ad variam lectionem ἀγρειόμενα vel κεραιόμενα. Hinc κεραΐσ7ής piscator apud Hesychium. Cf. Toup Epist. Critic. p. 17.

v. 397. Φαρικοῦ. Scholia Medicum etiam appellari monent; nomen accepisse vel a Pharico Cretensi, inventore veneni, vel ab urbe Thessaliae Pheris, vel Arcadiae Pharis, vel Laconica Phari. Primae opinionis auctorem nominant Praxagoram. Apud Athenaeum III. p. 81. ex Phylarcho historico nominatur Φαριακὸν φάρμακον. Inter herbas recenset Dioscorides in Praef. Libri VI. et Galenus II. Antidot. Inter radices venenatas Aetius in Prooemio nominat ἀγαρικόν; deinde cum thapsia helleboro elaterioque simul nominat ἀγαρικόν, et sic de eo tradit: τὸ δὲ ἀγαρικὸν ἐπί τινων μὴ ὑπαχθὲν τρόμον ἢ πάρεσιν εἰργάσατο. Numerat igitur inter medicamenta purgantia, quae in salutem homini data interdum corpori noxam inferunt. Remedia separatim nulla posuit. Scribonius cap. 63. Pharicum, inquit, et ipsum dicitur ex pluribus componi. Hesychius Φάρικον, φάρμακον σύνθετον θανάσιμον. Scholia

in

In Ephemeri historia monent ephemerum, a Medea inventum, dici ab aliis pharicum. Plinius semel nominavit pharicum 8. s. 45. ubi lac asininum commendat contra venenum ejus. Mihi quidem videtur venenum intelligi ex agarico paratum, quod alii pharicum dixere, incerta nominis origine. Ipsum agaricum Dioscorides III. 1. ab Agaria Sarmatiae regione dictam censet; et nasci in Galatia Asiae et Cilicia ait. Plinius 25. s. 57. agaricon ut fungum nasci tradit in arboribus circa Bosporum, colore candido; gallicum infirmius esse. Ponticum agaricon theriacae Andromachus miscet apud Galenum Antid. I. 7. Hinc factum esse puto, ut aliqui idem cum ephemero, a Medea Pontica invento, esse putarent. Conveniunt etiam signa veneni tradita a Nicandro, Dioscoride, Paulo et Aetio. Primum et antiquissimum nomen fuisse videtur Pharicum; postquam magis innotuit ejus usus in medicina, veneni suspicio sensim exolevit cum vetusto nomine. Quod vero ad radices refert Aetius; in eo sequitur communem Graecorum medicorum usum, de quo vide Casp. Hoffmann de Medicam. Officin. I. p. 4. seqq. Dioscorides adeo 6. c. 33. nigrum agaricum ad venena refert, inprimis si tenuissime teratur, etiam albus. Pharicum esse Pisum venenum a Garcia memoratum fuit opinio Hermolai Barbari, rejecta jam olim a C. Hoffmann. l. c. p. 371. Post eum, qui de pharici natura suspicatus aliquid fuerit, equidem novi neminem. Atque hanc meam suspicionem de agarico vereor tamen ipse, ut multis approbare possim.

v. 399. Γευθῷ — μάθεν ἀρδῷ Mediceus. Dioscorid. τὴν μὲν γεῦσιν πᾶσαν νάρδῳ ἀγρίᾳ ἔοικεν. Paulus nardum simpliciter nominat, libro V. 52. Eutecnius: τὸ δέ γε ἐκ τοῦ Φαρικοῦ γιγνόμενον ποτὸν θανάσιμον ὂν μηδεὶς ἀγνοείτω. διατίθησι μὲν κάκιστα τὸ στόμα, ὀδμὴν δὲ παρέχεται εἰς ταὐτὸ τῇ νάρδῳ.

v. 400. Ἤνυσε δὲ. Ita M. R. et Lectius. ἤνυσε καὶ G. P. cum Edd. Eutecnius: ποιεῖ δὲ ἐπισφαλῶς τῷ βαδίζειν χρῆσθαι,

χρῆσθαι, ἔκφρονα πρὸς τούτοις καθίστησιν, ἐν μιᾷ τὸν πιόντα αὐτὸ ἡμέρᾳ ἀναιρεῖ. Diosc. ἐπιφέρει δὲ παράλυσιν πόθεν μετὰ παρακοπῆς καὶ σπασμοῦ. Scribonius: potum facit spasmum, cito exanimat. Ceterum phrasis similis est in Epigrammate Reiskianae Anthol. no. 761. ταγόν σε τραγικοῖο κατήνυσαν θιάσοιο.

v. 401. Βαρύν. Scholia: γενναῖον.

v. 402. Σταδίην. Scholia: σταθμῷ, σταθμηθεῖσαν. οὐκ εἶπε δὲ πόσιν. Infra sensu eodem dixit στήδην.

v. 403. Ῥίζίδα φυλακόεσσαν Medic. ῥιζίδα etiam G. Scholia a figura radicis interpretantur; hinc vocari θυλάκιον τῆς νάρδου. Eutecnius: χρῆσθαι τοίνυν ἀναγκαῖον πρὸς ὑγίειαν τοῦ πεφαρμακωμένου τοῖς ῥιζίοις τοῦ νάρδου σταθμῷ. φέρει δὲ ταῦτα τὰ ῥιζία τὰ Κιλίκων ὄρη, ὅθεν περ ὁ Κέστρος δεῦρο τοῦ ῥεῖν ἄρχεται ποταμός. Ita haec ex Cod. Goett. correxi. Dioscorides: δεῖ δὲ μετὰ τοῦ ἐξεράσαι αὐτοὺς ποτίζειν οἶνον ἀψινθίτην σὺν κινναμώμῳ ἢ σμύρνῃ ἢ νάρδῳ Κελτικῇ (Κιλικίᾳ Paulus rectius) ἣν ἔνιοι σαρίνην ἐκάλεσαν, ἢ νάρδος τάχυος ὁλκὰς δύο καὶ σμύρνης ὀβολοὺς δύο μεμιγμένους σὺν γλυκεῖ, ἢ ἶριν μετὰ κρόκου σὺν οἴνῳ. Ubi Cornarius monuit legi debere: σαλιούγκαν. Ita enim nardum celticam dici ait ipse Dioscorides l. c. 7. Scribonius: adjuvantur vero laesi ab eo saliunca id est nardo silvestri quam plurima ex vino saepius data. In Parabil. Diosc. est cap. 155. νάρδος Κιλικία σὺν οἴνῳ. Deinde Diosc. I. c. 8. ἡ δὲ ὀρεινὴ νάρδος, καλουμένη δὲ ὑπό τινων θυλακῖτις καὶ νῖρις γεννᾶται ἐν Κιλικίᾳ καὶ Συρίᾳ. ubi Paulus habet σαῖτις, vel ut C. Gesner ad Diosc. Parabil. p. 851. laudat ἰσᾶτις. Utrumque nomen est vitiosum, et corrigendum σακκῖτις i. e. θυλακῖτις. In Parabil. Dioscor. ἄκρατος πολὺς σὺν ἀψινθίῳ ἢ κινναμώμῳ.

v. 404. Πρηῶνες Medic. Deinceps παρὰ pro περὶ dederunt M. R. G. In Paris. est παρὰ δὲ omisso Κέστρου. Hesychius: ἀλδαίνει αὔξει, ἀπὸ τῆς ἄλσεως, ὅ ἐστι τῆς αὐξήσεως. Cestrum Pamphyliae tribuit Mela I. 14. In moneta Sagalassi

Cestrus

Cestrus fluvius est apud Pellerin, quem vide T. III. p. 23. Explications des Fleurons p. 20.

v. 405. Αἴνυσο Vulgo. Sed Medic. ἄλλοτε. Eutecnius: σμύρνιον δὲ, καὶ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἐπωφελέστατον πρὸς ταῦτα, λάμβανε; καὶ ἶριν ὁμοίως καὶ λίριον. Scholia etiam αἴνυσο expresserunt, quae smyrnion ferulae simile, semine prasi, odore myrrhae esse monent. Diosc. cum Paulo σμύρνης ὀβολοὺς δύο μεμιγμένους σὺν γλυκεῖ, ἢ ἶριν μετὰ κρόκου σὺν οἴνῳ. ubi Paulus habet: ἢ ἴριδι καὶ κρινίνῳ ἄνθει σὺν οἴνῳ. Saracenus censebat etiam in Nicandro intelligi debere σμύρνην myrrham, non plantam smyrniam. Sed ecce Scribonius: item olusatri radice aut semine ex vino dato. Deinde myrrhae et galbani separatim meminit. Est vero smyrnon latinis olus atrum. Vide ad Theriac. 848. Porro in Diosc. in Parab. ἶρις ἀγρία ὁμοίως. Sed ex Nicandro manifestum fit in Diosc. loco priore et in Paulo legendum esse: σὺν κρινίνῳ ἄνθει.

v. 407. Ἐριδαίνεσκε Medic. Parif. Deinceps θρύοις Parif. Eutecnius: ἔστι δὲ βοτάνη τὸ λείριον καὶ τὸ ἄνθος αὐτῆς ὡς ὄνου δείκνυται τὸ μόριον. ἐρίσαι γὰρ σὺν τῇ Ἀφροδίτῃ περὶ λευκότητος ἡ φήμη καὶ τοῦτο διαγγέλλει· τὴν τοίνυν Διώνης καὶ Διονύσου νεμεσῆσαι ἐπὶ τούτῳ. μεταξὺ τῶν φύλλων τοῦ λιρίου ἀνέχειν ὥσπερ τὴν τοῦ ζώου κορύνην ἔδωκεν. ubi quaedam desunt. Verbum ἐριδμαίνειν frequentant Nonni Dionysiaca.

v. 408. Ὀνειδείην. Ita M. R. G. Vulgo ὀνειδίην. In Parif. est μεσάτῃσιν.

v. 409. Ἐναλδήνασα κορύνην Parif. Vulgo ἐναλδήσασα. Scholia: τὸ αἰδοῖον τοῦ ὄνου. Nicander in Georgicis apud Athenaeum 15. c. 9. ἃ κρίνα λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν, οἱ δὲ καὶ ἀμβροσίην, πολέες δέ γε χάρμ' Ἀφροδίτης. Ἤρισε γὰρ χροιῇ· τὸ δέ που ἐπὶ μέσσον ὄνειδος, ὅπλον βρωμήταο διαστέλλον πέφυτισται. Κορύνη, ut ῥόπαλον, de membro virili dixit praeter alios Automedon in Epigr. Analector. T. II. p. 208. no. 3. In Theriac. 853. est κράδης κυέουσαν

κορύνην,

κορύνην, quod interpretantur κλάδον, ῥάβδον, quo fenfu latini rei arborariae fcriptores clavam dixerunt. Germen arborum κορύνην dixit Theophraftus H. P. 3. 6. ubi vide Bodaeum p. 140. et 602. Etiam genitales plantarum partes, inprimis femineam a Linnaeo piftilli nomine vocatam, Phanias Erefius, Theophrafti difcipulus, κορύνην et σπερματικὴν κορύνησιν dixit, teftante loco apud Athenaeum II. p. 61. Et in liliaceo flore illud ipfum piftillum intelligi debet h. l. clavae enim fimilitudinem gerit.

v. 410. Θάλψαις. Ita M. R. G. Parif. ξηρῷ vitium Parif. Eutecnius: ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας ξυρῷ περικειρούμενος κατάπλαττε αὐτὴν, ἄρτι μὲν ἀλεσθεισῶν κριθῶν τῷ ἀλεύρῳ, ἄρτι δὲ πηγάνου συναχθέντος φύλλοις ὁμοῦ συναναφυρέντων πρόσαγε τῇ χρείᾳ, πρότερον μέντοι ποτίζων τὴν κεφαλὴν νάρδῳ, εἶθ' οὕτως θάλπειν αὐτὴν ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐπίτρεπε. Expreffit igitur φυλλάδα, et ad rutam retulit. Sed pro ὁμοῦ forte ὄξει eft legendum, fi voluit βάμματι reddere. Sed unde verba duxit haec: πρότερον μέντοι ποτίζων τὴν κεφαλὴν νάρδῳ? Atque ita etiam alter Scholiaftes habet: κελεύει ξυρᾶν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ καταπλάττειν πηγάνῳ καὶ ἀλεύρῳ κριθίνῳ καὶ ποτίζειν νάρδῳ ὡς πλεῖστον καὶ ὄξους ἐσκευασμένου. ubi Codex Goett. habet ἐσκευασμένος. Addit tamen idem Scholii auctor βλάπτεσθαι δέ φησι τὸ πήγανον ὑπὸ τῆς κάμπης. quae quidem Eutecnius non expreffit. Itaque verborum loco, ἥν τ' ὤκιστα — κάμπη, alia legiffe videtur, quae nardi mentionem continebant. In Scholio laudato potuit recentior manus verba poftrema addere ex alia lectione Codicis ducta.

v. 411. Vulgo νεοθηλέα, φυλλάδα τ' ἰσχυὴν. Mediceus νεοηλέα, φυλλάδας ἰσχνήν. Ricc. νεοηλέα φυλλάδα τ' ἰσχνήν. Scholia ἄλευρα νεάλεστα et ὠμὴν λύσιν interpretantur. Demofthenem fimpliciter νεήλατα intellecto ἄλφιτα dixiffe monet Mofchopulus de Schedis p. 45. Gloffa interl. G. ad φυλλάδα habet εἶδος βοτάνης. Scholia vulgatam interpretantur. ἤτοι

O fun t

funt proprie *βρώματα*. Vide Suidam et Interpp. Homeri Iliad. N. 103. Odyff. B. 289. Empedocles apud Porphyr. de Abftin. II. p. 152. *θυμὸν ἀποῤῥαίσαντες ἐεδμένοι ἤϊα γυῖα*, de membris animalium in cibo fumtis.

v. 412. *Σκύλαιο*. Scholia: *ξύρησον*.

v. 413. *Βορῇ ἐνεσίνατο* Goett. *ἐνεσίνατο* etiam Lectius. Editiones reliquae *ἐπεσίνατο*, quam lectionem et Scholia explicant. Rutam forte hortenfem voluit intelligi, quae ut erucis careat, cinis femini mifcetur, tefte Plinio 19. f. 45.

v. 414. *Βάμματα* male Med. Rice. Scholia acetum interpretantur, reliqua verba fic: *ἐπίπλασσε τὴν κεφαλὴν, κατάπλαττε πηγάνῳ καὶ ἀλεύρῳ κριθίνῳ, ἢ τομῇ λύσει μετὰ πηγάνου.* Sed alius auctor totam fententiam longe aliter refert: *σκύλαιο τὴν κεφαλὴν τοῦ πηγάνου καὶ ἔπαρον αὐτοῦ τὴν λάχνην ἤγουν τὸ ἄνθος, κόψας αὐτὸ κάτωθεν εὐήκει ξυρῷ καὶ ἕψησον ἄλευρα κριθῶν νεάλεστα, καὶ Φυλλάδα πηγάνου ἐν ὄξει καὶ ποίησον τροχίσκους καὶ περὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ πάσχοντος κατάπλαττε.* Similiter gloffa interl. G. ad *περιαίνυσο* habet *ἔπαρον* et ad *κόρσεα* adfcriptum *τροχίσκους*. Ex hac diverfitate conficitur duplicem olim ordinem verfuum fuiffe; et eum quidem, quem Eutecnius cum altero Scholiorum auctore expreffit, hunc:

Πολλάκι δὲ σκύλαιο κάρη, περὶ δ' αἴνυσο λάχνην
κέρσας εὐήκει νεόθεν ξυρῷ· ἐν δέ νυ θάλψαις
ἤϊα κριθάων νεοάλεα, Φυλλάδα τ' ἰσχνὴν
πηγάνου, ἥν τ' ὤκιστα βορῇ ἐπεσίνατο κάμπη·
βάμματι δ' ἐνδεύσαιο, καὶ εὖ περὶ κόρσεα πλάσσοις.

Alter Scholiorum auctor hunc verfuum ordinem habuit in libro fuo:

Πολλάκι δὲ σκύλαιο κάρη, περὶ δ' αἴνυσο λάχνην
πηγάνου, ἥν τ' ὤκιστα βορῇ ἐπεσίνατο κάμπη,
κέρσας εὐήκει νεόθεν ξυρῷ· ἐν δέ νυ θάλψαις
ἤϊα κριθάων νεοήλεα, Φυλλάδα τ' ἰσχνὴν,
βάμματι δ' ἐνδ. κ. τ. λ.

Hic

Hic quidem ſententiam aliquam, ſed ineptam et alienam a re fundit; vulgaris vero ordo plane omni ſenſu caret; quare non dubitavi eo neglecto priorem Eutecnii ordinem ut verum et rei aptum reſtituere. Confirmat emendationem Dioſcorides, qui ita pergit: δεῖ δὲ καταπλάσσειν τὴν κεφαλὴν αὐτῶν ξυρήσαντας κριθίνῳ ἀλεύρῳ σὺν πηγάνῳ λείῳ καὶ ὄξει. In Parabil. eſt: πήγανον σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει. Quae fuerit olim ſcriptura in loco verborum ab Eutecnio omiſſorum, ἥν τ' ὠκισ7α βορῇ ἐπεσ7ύατο κάμπῃ, divinatione aſſequi non poſſum. Apparet tamen nardi ibi mentionem factam fuiſſe, vel nardini olei. De uſu rutae Plinius 20. f. 51. ſi ſit cephalaea, cum farina hordeacea et aceto — ſuccus et phreneticis ex aceto tritae inſtillatur in tempora et cerebrum, adjecerunt aliqui et ſerpyllum et laurum, illinentes capita et colla. Vegetius Molum. 3. 43. rutae ſuccum ſupra cerebrum rabioſi equi ponit.

Κόρσεα. Alibi κόρσεια κεράεντα dixit noſter.

v. 415. Αἰδρήεντα. Scholia dictum cenſent pro αἰδρηέντως. Eutecnius: ὡς ἔσ7ι χαλεπὸν καὶ λίαν ὁ ὑοσκύαμος, δεῖ τε ἀπέχεσθαι αὐτοῦ, καὶ μὴ δι' ἄγνοιαν φαγόντα τοῖς ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένοις ὁμιλῆσαι κακοῖς μηδεὶς ἀγνοήσῃ. Senſit igitur cum Scholiis.

v. 416. Σπέρχονται. Scholia: τρέχουσι καὶ σπεύδουσι. Varietatem fuiſſe olim monent τεύχονται, quam interpretantur ποιοῦσι. παρασφαλέας explicant οἱ σφαλλόμενοι ταῖς φρεσί.

v. 417. Σπείρημα. Difficilem locum varie interpretantur Scholia. Primum igitur ita: ἐάν τις ἀπείρως προσενέγκῃ τὸν ὑοσκύαμον περὶ τὰ ἁπαλὰ λάχανα σὺν τοῖς σπέρμασιν ἁπαλοῖς οὖσιν. ἢ καὶ ὅταν τὰ παιδία προσενέγκηται. Hanc opinionem ſequitur Eutecnius, qui ſic locum vertit: νηπίων ἔνιοι γὰρ δίκην ἀγνοοῦντες περιπίπ7ουσιν ἐσθίοντες αὐτοῦ, εἶτα τὸ σπέρμα ἀπέχοντα ἢ τὰ ἐπικείμενα τῇ κόμῃ, τῶν ἄρτι ἀπαγορευσάντων μὲν νηπίων τὸ τετραποδίζειν, πρὸς δὲ τὴν ὀρθὴν χωρησάντων ἐξ ἀνάγκης βάσιν. Aliam deinde rationem afferunt Scholia: σπείρημα λέγει τὸ ἄκρον τῆς κόμης ὃ ἐσ7ιν ἁπαλόν.

ἁπαλόν. Alius ſic: οἱ ἔτι τὰς τρίχας ἀπὸ τῆς σπορᾶς φθειροῦντες. σπείρημα γὰρ τὸ σπέρμα. Deinde ἀμφικάρηνα κομάων τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν τῶν κομῶν (ita gloſſa interl. Goett.) — τὰ νεωστὶ κουρευθέντα παιδία. λέγει δὲ τὰ ὄντα περὶ τὰ τέσσαρα ἔτη καὶ πέντε. Primum videamus de voce σπείρημα, quam ineptiſſime veteres Interpretes σπέρμα interpretantur. Eſt enim a σπεῖρον, σπείρημα, faſcia, quibus infantes σπειρῶνται. Vide Euſtathium ad Dionyſii Peregeſ. verſu 1153. et Spanhem. ad Callimach. p. 15. Eſt igitur σπείρημα idem quod σπάργανον. Deinceps ἀμφικάρηνα κομάων, quid ſit, difficilius eſt definire. Proprie dicuntur capilli in occipite et ſincipite nati. Scilicet pueri triennes et quadriennes comam ponebant, et ſacrificio oblato tertia Apaturiorum die, quae hinc κουρεῶτις a tonſa coma dicebatur, nomen apud φράτορας ſeu curiales profitebantur. Proclus in Timaeum Platonis p. 27. ἡ δὲ τρίτη κουρεῶτις. ἐν ταύτῃ γὰρ τοὺς κούρους ἐνέγραφον εἰς τοὺς φράτορας τριετεῖς καὶ τετραετεῖς ὄντας etc. Pueris capillos poſt tertium aetatis annum detonſos teſtatur Epigramma Analectorum T. III. p. 287. no. 646. οὔπω τοι πλόκαμοι τετμημένοι, οὐδὲ σελάνας τοὶ τριετεῖς μηνῶν ἀνιοχεῦντι δρόμοι. Male vulgo κουρεῶτιν ἡμέραν a voce κοῦρος derivant. Ephebi iterum comas ponebant. Hinc Seneca in Hercule Fur. verſu 853. ephebi nondum poſitis comis.

Veterum interpretum hallucinatio quo fiat manifeſtior, de hyoſcyamo nunc breviter tradamus, quae huc pertinent. Plinius 25. ſ. 17. Herculi quoque eam adſcribunt, quae Apollinaris, apud Arabas altercum, apud Graecos vero hyoſciamus appellatur. Plura ejus genera: unum nigro ſemine, floribus paene purpureis, ſpinoſum. Talis naſcitur in Galatia. Vulgare autem candidius eſt, et fruticoſius, altius papavere. Tertii ſemen irionis ſemini ſimile: et omnia inſaniam gignentia capitisque vertigines. Quartum genus molle lanuginoſum, pinguius ceteris, candidi ſeminis, in maritimis naſcens: hoc recepere medici; item rufi ſeminis — Semen, niſi cum inaruit,

nullum

nullum legitur. natura vini, ideoque mentem caputque infestans. Usus seminis per se et succo expresso. Exprimitur separatim et caulibus foliisque: utuntur et radice — quippe etiam foliis constat mentem corrumpi, si plura quam quatuor bibantur. Dioscorides 4. 69. de primo genere: καὶ τοὺς κοτίνους σκληροὺς καὶ ἀκανθώδεις — φύλλα σμίλακι ὅμοια. Seminis nigri et rufi usum improbant medici graeci, album innoxius esse censent. Hesychius: ἑλίκη — καὶ ἡ ἰτέα, τινὲς καὶ σπέρμα τοῦ ὑοσκυάμου. Arcades ἰτέαν dicebant ἑλίκην. Vide Salmasii Homonym. p. 96.

v. 418. Κοῖροι Medic. Deinde pro γυίων Paris. μι sic scriptum habet. Deinceps in Scholiis legitur ἑρπυδόνα, quod interpretantur συρμὸν, τετραποδισμόν. Hanc equidem lectionem praefero.

v. 419. ἄνις. Goett. habet ἄνευ. Deinceps μονεροῖο. Medic. Sophocles Philoct. 702. ἕρπει γὰρ ἄλλοτ' ἄλλα τότ' ἂν εἰλυόμενος παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας.

v. 420. Ἠλεσύνῃ habent M. R. G. Vulgo ἀλοσύνῃ. Paris. ἀλοσύνῃ. Deinceps κὰκ ἀνθήσαντας M. R. G. Postea βρίκωτι Paris. Ἠλοσύνη est ab ἦλος, fatuus. Vide Etymol. M. in ἄλλως, et ad Iliad. 15. vers. 128. Hesychius: ἀλοσύνη, ἡδονή. Alio sensu ἀλοσύνη est in Etymolog. M. in ἀλοσύδνη. Ceterum vulgatum βρύκωσι nullo modo ferri potest, nisi versus aliquis excidit, unde hic pendebat. Possis emendare βρύκοντες. sed ita participia nimis frequentabit poeta. Malim igitur in versu aliquo antecedenti fuisse ὅταν, unde pendebat βρύκωσι. Ὀράμνους in poetae versu 92. Theriacorum, et 154. Alexiph. interpretantur Scholia κλάδους. Poeta igitur voluit significare flores inprimis allicere pueros, ut ramos decerptos cum floribus ori ingerant et temere comminuant dentibus. Quod hodieque accidere pueris cum maximo vitae periculo novimus.

v. 422. Ὑφαίνοντες Paris. Scholia: οἷα γὰρ οἱ νεωστὶ ἐν τοῖς γναθμοῖς τοὺς βρωτῆρας ὀδόντας ὑποφαίνοντες τοιοῦ-

τος, φησὶ, κνηθμὸς ἐν τοῖς φαγοῦσιν ὑοσκύαμον, οἷος ἐν τοῖς παισὶν, ὅταν ἀποβάλλωσι τοὺς ὀδόντας. Eutecnius: τοῖς τε συνσπασμοῖς ἐκείνοις καὶ τοῖς κνησμοῖς περιτυγχάνουσιν οἱ τοιοῦτοι, οἷοίσπερ οὖν καὶ τὰ παιδία, ὁπόταν ὑποφύεσθαι αὐτοῖς τὸ πρῶτον οἱ ὀδόντες ἄρχωνται. Dioscorides Alexiph. c. 15. nulla hyoscyami ingesti signa edidit; quod miror: sed in Parab. c. 150. haec leguntur: ὑοσκύαμος δὲ ποθεὶς ἢ βρωθεὶς παρακοπὴν τοῖς μεθύουσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει. ἔστι δὲ εὐίατος βοηθούμενος μελικράτῳ πολλῷ ποτιζόμενος καὶ γάλακτι, μάλιστα ὀνείῳ, εἰ δὲ μὴ αἰγείῳ ἢ βοείῳ. Atque ita Paulus et Actuarius. Aetii Codex graecus: ὑοσκύαμος ληφθεὶς παραφροσύνην ὁμοίαν τοῖς μεθύουσιν ἐπιφέρει, καὶ ῥιπτασμὸν μετὰ διαστροφῆς καὶ ἔκλυσιν λειποθυμιώδη· ἐπιγίνεται δὲ ὀφθαλμῶν ἔρευθος [καὶ κατὰ τὰ αἰδοῖα καὶ ταῦρον κνησμὸς καὶ ἔκλυσις τοῦ σφυγμοῦ καὶ διάτασις, καὶ παρέκκοπὴ καὶ δῆξις οὔλων.] καὶ κνησμὸς ἐν ἀρχῇ, εἶτα πόνος. εἰσὶ δὲ παράληροι καὶ δοκοῦσι μαστιγοῦσθαι ὑπό τινος τὸ σῶμα. Verba inclusa versio Cornarii non habet, et deinde pro πόνος expressit τρόμος. Scribonius c. 49. Altercum, quod Graeci ὑοσκύαμον vocant, qui biberunt, caput grave venisque distentum habent; mente abalienantur cum quadam verborum altercatione; inde enim hoc nomen herba tulit altercum; postea sopiuntur, et omni sensu carent, lucescentibus membris eorum. Caelius Aurel. Acut. II. 4. altercum bibentes opprimi gravatione sorbili sopori simili scribit, ubi vocem *sorbili* satis ingeniose defendit Mercurialis V. Lect. I. 11. p. 26. Etymolog. M. ὑοσκύαμος ὃν οἱ πίνοντες μαίνονται. καὶ ὑοσκυαμᾷν τὸ μεμηνέναι, τὸ παραπαίειν. ὡς Φερεκράτης Κοριαννοῖς. Photii Lexicon MStum habet: Κοριαννοῖ. ὑοσκυαμᾷς ἀνὴρ γέρων. Ex locis medicorum graecorum allatis, praecipue vero Aetii, est manifestum signa veneni plurima in Nicandro nescio quo casu excidisse. Ex versibus autem omissis et perditis pendere debebant verba reliqua οἷα νέον etc., quae nec cum antecedentibus nec cum sequentibus jungi ullo modo possunt. Eutecnius

codi-

codicem integriorem non habuit, nisi quod συνάπτομένυς habet, qui in verbis poetae reliquis non insunt. Ceterum signum a poeta positum egregie illustrat locus Aetii ex codice graeco positus supra: καὶ δῆξις οὔλων. Verbum δάμναται positum est pro δάμνησι.

v. 423. Τῷ δόμεναι Paris. solus habet; quam lectionem unice veram puto. Vulgaris τῷ δ' ὁτὲ μὲν ostendit glossatorem Goett. qui adscripsit λείπει τὸ δίδου. Dioscorides: γάλα μάλιστα ὄνειον, εἰ δὲ μή γε, αἴγειον ἢ βόειον. In Parabil. simpliciter lac nominat. Eutecnius: ἀλλὰ τούτῳ μὲν πίνειν γάλα χρὴ διδόναι. Aetius: εἰσὶ δὲ εὐίατοι μελικράτῳ πολλῷ ποτιζόμενοι καὶ γάλακτι μάλιστα μὲν ὀνείῳ, εἰ δὲ μὴ, καὶ αἰγείῳ ἢ βοείῳ, καὶ σύκων ξηρῶν ἀφεψήματι, καὶ στρόβιλοι δὲ αὐτοῖς ἁρμόδιοι καὶ τὸ σικύου σπέρμα λεῖον μετὰ γλυκέος πινόμενον, καὶ ἁλμυρὸς οἶνος σὺν πιμελῇ ὑείᾳ προσφάτῳ καὶ γλυκείᾳ. quae Cornarii versio minus integra habet. Scribonius: adjuvantur lacte poto asinino quam plurimo, vel quolibet alio recenti per se et decocto. Sed ii prius aqua mulsa saepius pota cogantur per pinnam rejicere. Opio laesi similiter curentur. Asclepiades ap. Galenum Antid. II. 7. cum melicrato calido lac asininum vel quodvis aliud propinat. Cum lacte maxime asinino aquam mulsam Plinius 22. s. 52. mulsum fervens bibendum, aut quodlibet lac maxime asininum Celsus monet 5. 27.

v. 424. Σιτηγόνου. Goett. in margine varietatem κεβληγόνου annotat. Scholia: τοῦ εἰς σιτησμὸν καὶ τροφὴν γινομένου. γράφεται καὶ χιλογόνου, καὶ κεβληγόνου, τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχοντος τὸν γόνον. Etymol. M. p. 207. 36. βούκερα — νῦν δὲ εἶδος βοτάνης ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ παρὰ τὴν θέσιν· ἐπειδὴ κέρατι βόος ἔοικε· καὶ Νίκανδρος ἐν Ἀλεξιφαρμάκοις παρετυμολογεῖ αὐτὴν λέγων ἄλλοτε βουκέραος χιληγόνου ὅρα κεραίας etc. Unde apparet olim h. l. χιληγόνου, non χιλογόνου, quod in Scholiis est, lectum fuisse. Dioscorides in Parab. τῆλις σὺν ἐλαίῳ. Scilicet foenum graecum

 teste

teste Diosc. II. 93. a figura siliquae βούκερας, αἰγόκερως et κεράτις dicebatur. Vide ad Hesychium in αἰγοκέρως τῆλις. Eutecnius: ἔστι δὲ βούκερώς τις βοτάνη, ἡ διὰ τοῦτο βούκερως προσαγορεύεται, διότι τοῖς κέρασι τὸ σπέρμα ἔοικε τοῦ βοός. εἶναι δὲ καὶ ἄλλως ἀγαθὴ πέφυκεν ἤδε πρὸς τροφὴν τοῖς ζώοις· αὕτη τοίνυν ἡ βοτάνη ἅμ' ἐλαίῳ ἑψηθεῖσα τοὺς ἀπὸ τοῦ ὑοσκυάμου βλαβέντας ἐστὶ περισώζειν δεινή. Videtur igitur lectionem χιληγόνου expressisse.

Κεραίας. Medic. κεραίαις. Paris. εὐκαμπής. Quod ad ὄῤῥα attinet, monent Scholia ad Apollonii III. vers. 37. Aristarchum maluisse ὄρα scribi, Heracleonem tamen praetulisse ὄῤῥα, τόῤῥα et similia. De foeno graeco Plinius 24. s. 120. Nec foeno graeco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos, aliqui buceras, alii aegoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos siliciam. De usu alexipharmaco nil addit.

v. 426. Ἐμπλώησιν. Scholia: βραχῇ. Ita versu 504. ἐπιπλῶον ὑδάτεσσι. De oleo similiter ἀτμένιον λίπος dixit supra versu 178.

v. 427. Ἀναλεσκνίδης Medic. Eutecnius: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ σπέρμα τῆς κνίδης ξηρανθὲν ὠφελεῖ, καὶ αὐτὰ τῆς κνίδης τὰ καυλεῖα τὸν μασσησάμενον ἄρα καὶ ἀπομυζήσαντα τὸν χυμόν.

v. 428. Φυλλά δ' ἀμέλξαι Med. Ricc. φύλλα δ' ἀμέρξας. Paris. ἀνὰ φυλλάδ' ἀμέλξαι suprascripto ἀμέρξαι Goett. Vulgo φύλλα τ' ἀμέλξας. Diosc. καὶ κνίδης σπέρμα ὁμοίως. In Parabil. κνίδης σπέρμα σὺν οἴνῳ ἢ τὰ φύλλα. Eutecnius expressit ἀμέλξας. Scholia: ὠμὰ τὰ φύλλα διαμασσήσασθαι καὶ τὸν χυλὸν αὐτῶν καταπίνειν. Etiam ἀμέλξας expresserunt. Aëtius: κνίδης σπέρμα ὁμοίως ἢ τὰ φύλλα ἐν γάλακτι ἑφθά: cocta ex vino salsa folia propinat versio Cornarii. Urticam adversari hyoscyamo ex Apollodoro monet Plinius 22. s. 15. Idem 20. s. 81. porcilacam seu peplion hyoscyamo adversari ait, succo expresso e passo poto.

v. 492.

v. 550. Remedium ita posuit Diosc. κνίδης φύλλα συνεψηθέντα κρίνῳ μετ' ἐλαίου. In Parab. κνίδης σπέρμα ἢ φύλλα σὺν κριθίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ἐλαίῳ ἑψήσας δίδου. In Paulo et Actuario urticae folia cum lilio (κρίνῳ) nominantur ut in Dioscoride; etiam Aetius: ἢ κνίδης φύλλα συνεψηθέντα κρίνης (liliis, Cornarii versio) μετ' ἐλαίου. Origo varietatis patet nunc ex libro Mediceo, qui pro κρίμνοισι habet scriptum κρίνοισι. Hanc igitur lectionem secutus est auctor Alexiph. a quo diversus sine dubio auctor Parabilium vulgatum expressit κρίμνοις. Eutecnius: ἀλεύροις τε ὀρόβων ἅμα ἑψῶν κνίδης σπέρμα ἐσθίειν εἰς κόρον δίδου — ἐλαίου δὲ ἐχέτω. Igitur verba καί ποτε — ψαφαροῖσιν plane omisit; quae eadem una cum istis, σὺν λίπει χραίνοιο, in suo Codice desiderasse videtur auctor Scholii ex Cod. Goett. a me positi inter Scholia graeca. Vulgata Scholia κρίμνα interpretantur ἄλευρον κρίθινον. Tzetzes ad Lycophr. p. 91. κρίμνον εἶδος κνιθῆς· νῦν δὲ τὸ ἀπόσϛομα τοῦ κυκεῶνος λέγει ὡς καὶ Καλλίμαχος· καὶ κρίμνον κυκεῶνος ἀποσϛάζοντος ἔραζε. Vide etiam Suidam. Farinae hordeaceae (graecis ἄλφιτα dicitur) partem crassiorem κρίμνα interpretatur Galenus in Hippocratis Prognosticis. In libro Med. et Goett. est παλυνόμενος. In Paris. παληνάμενος. — Plinius 22. f. 13. de urticae semine: Apollodorus et salamandris cum jure decoctae testudinis. ubi vereor, ne Plinius disjuncta ab auctore suo copulaverit. — Paris. liber male habet μυράλγει scriptum.

v. 551. Παλήματι Medic. et Goett. Sed παλημάτιον ut vocem rariorem annotavit ex Aristophane Pollux VI. sect. 63. Hesychius: παλημάτιον τὸ λεπϛὸν ἄλευρον. Idem πάλην, ἄλευρα καὶ σποδός· τὸ λεπϛότερον τοῦ ἀλεύρου. Idem παλύνας· τὸ λεπϛὸν τῆς γῆς ἐπιβαλὼν — εἴρηκε δὲ ἀπὸ τοῦ ἀλεύρου; —

ἐπὶ

ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν. Odyff. Ξ. 429. — Poftea περσαίοις Parif.

v. 553. Σὺν λίπει. Ita Medic. et Goett. Vulgo ἐν λίπει. Scribonius: Item lini feminis farina ex aqua mulfa fumta quamplurimum bene adjuvat, ubi forte legi debet: *urticae femen* cum farina; nifi fuos habuerit auctores Scribonius diverfos, quod non puto. Semen urticae Nicander ficcari jubet; forte ut conteratur, vel commolatur: ut fupra verfu 201.

v. 554. Hunc verfum fpurium effe cenfeo, quia fententiam eandem cum verfibus 546. et 547. in verba vulgaria contractam repetit. Igitur inclufi.

v. 555. Idem remedium habet Diofc. Alexiph. ῥητίνην τὴν πιτυΐνην ἢ χαλβάνην σὺν μέλιτι ἀντὶ ἐκλεικτῶν. In Parab. ῥητίνη σὺν μέλιτι. Eadem Actuarius. Paulus: ῥητίνην πιτυΐνην ἢ στροβιλίνην habet. Aetius: ἰδίως δὲ πιτυΐνην ῥητίνην λεάνας μετὰ μέλιτος δίδου ἐκλείχειν, ἢ χαλβάνην μετὰ μέλιτος. Succum galbanae radicibus expreffum et galbanum dictum medici intelligunt; poeta radicem nominat pro fucco inde expreffo. Vide ad Scholia.

v. 556. Mira eft librorum varietas. Scholia monent in aliis libris legi: ἀλθαίνει τότ' ἔνερθε πυρὸς ζαφλεγοῖο κεραίης. Medic. et Riccard. habent ita fcriptum verfum, ubi tamen eft ζαφελοῖο, quod correctum eft ζαφλεγοῖο; deinde fequitur: ἀλθαίνει καὶ γέντα et reliqua ut in libris vulgatis. Ita etiam Parif. ubi fine correctionis nota legitur ζαφελοῖο — φλοιδόωντα. In Goett. poft verfum 555. θιβρὰ χελώνης ftatim fequitur verfus 558., omiffis verfu 556. et 557. qui tamen in margine rubrica fuppleti funt ita: ἀλθαίνει καὶ γέντα συὸς φλιδόωντα ἀλοιφῇ ἀμμίγδην — καθεψηθέντα χελύνης; ubi tamen Scholiaftae recentioris manus fuprafcripfit ω, ut χελώνης legatur, et has gloffas adfcripfit: γέντα, πρόβατα. (dubia tamen fcriptura) ἁλίοιο, θαλασσίου, ἀντὶ ἐνύδρου. Eadem recentior manus in alia marginis parte adfcripfit verfum: ἀλθαίνει τότ' ἔνερθε πυρὸς ζαφέλοιο κεραίης. Itaque in antiquo Codice defuit hic verfus,

versus, ut in vulgaribus Editionibus. Nec enim habuit Eutenius, qui γέντα συὸς interpretatur συὸς ἔκγονα, et χελώνης γυῖα reddit κρέα. Itaque Scholiastes recentior Goett. forte dedit πρόγονα, quod legisse sibi videtur is qui Codicem comparavit, πρόβατα. Sed Hesychius, Arcadius, Suidas, et Eustathius p. 918. et 1854. γέντα interpretantur κρέα, σπλάγχνα. Locum Callimachi posuit Suidas in γέντα et μέλδοντες. Vide supra ad vers. 62. ubi est βοὸς νέα γέντα περιφλιδόωντας ἀλοιφῇ. ubi Codices περιφλίοντος habent. Dioscorides in Alexiph. θαλασσίας χελώνης ἢ χερσαίας ὠὰ ὁποῖα ἂν ᾖ ἡψημένα. in Parabil. χαλβάνη καὶ χελώνης θαλασσίας αἷμα συνεψηθέντα καλῶς καὶ λαμβανόμενα. Ita etiam Paulus et Actuarius; qui versum ἀλθαίνει καὶ γέντα non expresserunt; et videtur in altero Diosc. loco ὠὰ pro αἷμα legi debere; nisi sit aliunde translatus. Ecce enim Aetius: ἢ ὠὰ χελώνης μετὰ καὶ τοῦ αὐτῆς αἵματος δίδου ξηροῦ καὶ μετὰ μελικράτου ἢ ὑδρελαίου. βατράχων δὲ — ἠρυγγίου ῥιζῶν. χελώνης τε ἄκρα κρέα ζωμευθέντα κοινῶν δίδου. ubi nova manus Codici verba de ovis testudinis inseruit. Itaque nec Aetius versum istum expressit, sed alterum, quem ob has auctoritates revocavi. De altero et de carnium suillarum usu supra dixi ex Plinio. Γυῖα Aetius interpretatus est ἄκρα κρέα. Difficultatem verborum in hoc versu non explicant Scholia. κεραίης pro κεραῆς referam ad χελώνης. Cornigeras Troglodytarum testudines marinas infra ex Plinio videbimus. Θιβρὰ ὠεὰ χελώνης κεραίης ἔνερθε πυρὸς dicuntur ova sub igne seu sub cineribus cocta. Partem veri vidit Scholiastes. Formae ὠεὰ exempla posuit Athenaeus II, p. 57.

v. 558. Πτερύγεσσι. Pinnarum piscinarum communi nomine appellat, quia marinae testudines pedes pinniformes habent, quorum remigio natatum adjuvant, et raro incessum e mari egressae ut ova in arena pariant. Varietatem ἠτ' ἄκρησι διαπλώει annotant Scholia.

v. 559. Κυτισήνόμου. Hanc lectionem Scholia non habent, sed κυτινονόμου vel κυτινηνόμου; tertiam etiam κυΐσηνέμου. De quibus vide ad Scholia. Nostram sequitur Eutecnius.

Ἀκάκητα. Male ἀκάκητος Med. Suidas ἀκάκητος ὁ Ἑρμῆς. Alibi ἀκάκιος audit. Sed Ἑρμείας ἀκάκητα est in Iliade Π. 188. inde in Hesychio. Dicitur pro ἀκακήτης, ut Atrida pro Atrides. Orpheus Argum. Lithic. versu 60. ὄφρα μὲν οὖν ἀκάκητα πατηρ ἐμέθεν ζώεσκε. Hymnus Homer. in Mercur. versu 493. furtum Mercurii lyraeque inventionem breviter narrat, atque inde Hygini Astronom. c. 7. p. 439. Sed ea de re vide ad Schol. Locus nostro simillimus est in Hymni versu 25. ἑρμῆς τοι πρώτιστα χέλυν τεκτήνατ' ἀοιδόν: quem spurium censuit Ruhnkenius, nescio qua de causa.

v. 561. Ἀπεοῦν νόσφισε Med. Ricc. unde legere possis ἀπὸ νόσφισε. Dorville ad Charit. p. 783. malebat νόσφισσε vel potius: σαρκὸς ἀπ' ἐκ νόσφισσε, vel σαρκὸς ἀπ' ἠνόσφισσε. Pro χέλειου Parif. habet χέλυον. Apud Aratum 494. est χελείου. ubi cum Schol. H. Stephanus malebat χέλυον, improbante Grammio p. 29. qui inde Hesychii χελεινὸν correxit. χελώνειον vocare solet Aelianus H. A. VII. 16. XVI. 17. Idem 14. c. 17. de testudine Libyca montana: καὶ ἔχουσι τὸ χελώνειον εἰς βάρβιτα ἀγαθόν. Plinius 9. f. 12. Troglodytae cornigeras habent testudines ut in lyra annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adjuvant. Chelyon id vocatur eximiae testudinis sed rarae. ubi Edit. et MS. *Celticum id genus* vocatur. Idem 6. f. 34. chelyon testudinum in mercibus Troglodytarum enumerat. ubi libri *celtium* habent scriptum. Dorsi partem gibbosam χελώνιον dici monet Pollux II. sect. 177. Infimum navium carinae tegumentum similiter χέλυσμα dicitur auctore Hesychio et Polluce I. f. 86.

Βλασφήμονες male excusum muta in βλασφήμονος.

v. 562. Ἀγκῶνας. Philostratus Icon. I. 10. p. 777. τὴν λύραν πρῶτος Ἑρμῆς πήξασθαι λέγεται κεράτοιν δυοῖν καὶ ζυγοῦ καὶ χέλυος. Orpheus Argon. 381. ἠ λιγυρὰν φόρμιγγα

χελύκλονον

χελύκλουον ἐρμάωνος. Cornua pro cubitis in marinae testudinis figura appellavit Plinius l. c. atque intelligi voluit pedes pinniformes anteriores, plerumque longiores posterioribus. Πήχεως, cubiti, περιθέσιν vocat Eustathius in hac narratione. In lyra ἀγκῶνας et πήχεις esse eosdem, latinis cornua; monet praeter Hesychium in πῆχυς Pollux 4. f. 62. qui monet, olim pro cornibus lyrae fuisse calamos appositos, cum Hesychio in δόνακα ὑπολύριον et Etymol. in δόνακες. Testa caua testudinis partem eam lyrae effecit, quam Pollux ἠχεῖον vocauit. Scholia ἀγκῶνας interpretantur κανόνας, ὅθεν δέδενται αἱ νευραί. Eutecnius vocabulum poetae retinuit. Sed canon potius et lignum inter cornua transversum, unde fides intenduntur per κόλλοπας. Eadem Scholia πέζας interpretantur ὤμους. male. Eutecnius ἄκρας. recte.

v. 563. Γερύνων. Aratus Diof. 215. πατέρες βοόωσι γυρίνων. Ex Ciceronis versione gerinos affert Vossius ad Melam. p. 607. Suidas γύρινοι οἱ μικροὶ βάτραχοι. Hanc formam probauit ipse Aristoteles, qui piscium fetus γυρινώδεις dixit, ubi vulgo male legitur πυρινώδεις. Plinius 9. f. 51. ranae pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum et cauda insignes; mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores; mirumque semestri vita resolvuntur in limum nullo cernente, et rursus vernis aquis renascuntur quae fuere. Nicander maluit γερύας vel γερύνους dicere, haud scio an pejus. Ceterum remedium ipsum ita tradidit Diosc. in Alexiph. βατράχων ζωμός συγκαθεψηθείσης αὐτοῖς ἠρύγγου ῥίζης. In Parab. βάτραχοι μετὰ ῥίζης ἠρυγγίου ἑψηθέντες καὶ λαμβανόμενοι. Plinius 32. 4. ranarum marinarum ex vino et aceto decoctarum succus contra venena bibitur. ubi succum esse ζωμὸν recte monuit Marcellus. Idem Plinius 22. f. 8. de eryngio vel erynge: omnibus contra et aconita efficaciorem Heraclides medicus in jure anseris decoctam arbitratur. Apollodorus adversus toxica cum rana decoquit, ceteri in aqua. Cum Dioscoride faciunt Aetius, Paulus et Actuarius

rius, eryngium herbam appellantes, ut Eutecnius. Eryngii mentionem omisit Avicenna, qui in superioribus lilium nominavit.

v. 564. Ἠρυγγίδας. Ita recte M. R. Goett. pro vulgato ἢ ῥυγγίδας.

Ἐν δὲ ἐπαρκές. In Goett. est ἐν καὶ ἐπαρκές. In Paris. ἐν δὲ καὶ ἐπαρκές. Utraque lectio possit probari.

v. 565. Σκαμμώνιον. Scholia habent προστάσσων ἀμμωνιακόν. unde Salmasius duxisse videtur conjecturam de Homonym. p. 190. propositam; ubi legi vult ἀμμώνιον, ineptis usus rationibus. Nam locus, quem ille affert, est de lepore marino versu 484. ubi δάκρυ κάμμωνος dicitur. Eutecnius h. l. σκαμμωνίαν nominat. Ceterum nec scammonii nec ammoniaci salis mentionem in salamandra fecerunt medici graeci, quod nescio an sit librariorum culpa factum. Goett. Codex habet σκαμώνιον.

v. 567. Ἴσχης. Hanc lectionem improbant Scholia, et praeferunt alteram ἴσχῃ sc. τις quam habet Codex Goett. Eutecnius etiam πῆγτις. Vocem θερειομένου praeteriit Eutecnius, ut et sequentem θερόεις. Scholia graeca mire fluctuant in hujus loci interpretatione. Primum enim ranas aestivas et hibernas inepte fingunt ex his vocabulis; deinde verbum θερειομένου ita explicant, ut moneant ex Apollodoro aestate et ex ranis (rubetis) in locis calidioribus degentibus confici venenum efficacius. Equidem Eutecnium sequor, qui commentariis antiquis sine dubio confisus terrestrem bufonem nominat; quam notionem nisi ex verbo θερειομένου et θερόεις ducere non potuit. Et dicitur θέρεσθαι res, quae soli exponitur siccanda. Hinc imitatione aliqua sermonis graeci priorem bufonem licebit *apricum* appellare, cum palustris satis aquatici nomine distinguatur a terrestri. Quanquam bufones omnes solem non amant, sed opaca loca, igneus tamen in aquis locisque frigidis non facile reperitur, et maximo solis fervori caput emergens solique opponens ululat.

v. 568.

V. 568. Ἢ ἔτι κωφοῦ. Surdam igitur rubetam a θερειομένῳ distinguit copula disjunctiva ἢ et habitatione. Eundem postea ἄφθογγον, mutum vocat, et frequentare arundines ait; hinc Scholia θάμνους interpretantur καλάμους, et ex oppositione mutae et surdae rubetae arguunt priorem speciem esse vocalem. Euteonius poetae distinctionem male neglexit: ἄφωνος δὲ ἐστὶν ὁ φρῦνος. Sed recte et praeclare ducibus antiquis commentariis monet terrestrem rubetam nominat, etsi alieno loco. Nec enim, quem mutum et surdum vocat poeta, sed quem primo loco nominat, terrestris debet intelligi bufo. Forte poeta utrumque bufonem mutum voluit intelligi, nempe cum rana loquacissima comparatum.

Λαχειδέος. Scholia plures posuerunt varietates. Primum vulgarem hanc interpretantur δασέος, quasi sit a λάχνη, λαχνήεντος. Deinde Codex Goett. affert ἐλαχειδέος, id est parvi, quasi sit pro ἐλαχέος. Atque ita supra 269. simili modo scriptura variabat inter λαχυφλοίοιο et δασυφλοίοιο. Denique Tzetzes positum putavit inepte λαχειδέος pro λαχανειδέος, i. e. viridis. In Medic. et Ricc. est λεχειδέος. In Paris. scriptura inter λαχιδέος et λεχιδέος dubia est. A λέχος novi deductum λεχαῖος, non item λεχεικὸς; nec video, quam possit notionem h. l. aptam praebere. In Tzetzae rationem incidit etiam C. Gesner de Ranis p. 59. sed ea durissima est; nec convenit rerum naturae; nisi forte bufonem viridem Laurentii, Italiae etiam notum, ut ex Valisnerio didici, intellexerit Nicander; reliqui enim omnes colorem luridum, longe a viridi alienum habent. Sed bufo viridis vitam in utroque elemento degit. Mares tamen coitus cupidi vocem nisi in aquis non exercent. Verum nec alter bufo, nobis quidem notus, qui in aquis fere semper vivit, igneus Roeselii, mutus vel surdus dici potuit a poeta. Surdam enim is vocem ululantis edit, etiam in Italia. Scripturam ἐλαχειδέος Euteonius sic reddidit: ἄφωνος δέ ἐστιν ὁ φρῦνος, καὶ τῶν λιμναίων εἰς μέγεθος βατράχων ἀπολιμπάνεται κατακολύ. Magnitudo qui-

 dem

dem ignei bufonis, aquatici, minime est omnium fere ranarum et bufonum, exceptis tamen arboreis. C. Gesner Scholiasten legisse suspicabatur λασειδέος, idque interpretari δασέος. Forte olim scriptum fuit: λοχειδέσιν vel λοχείαισιν ὅσ]᾽ ἐνὶ θάμνοις. Hesychius: λοχειάδες αἱ ὕλαι. Inde λόχμαι. Sed sentio hanc formam θάμνοι λοχειάδες esse durissimam; etsi Nicander elegantiam et regulas saepe contemnit.

v. 569. Male Medic. προσφύρεται, Ricc. ἄρσην. Eutecnius totam sententiam loci his verbis comprehendit: ἔσ]ι δ᾽ ὅδν ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὗτος χερσαῖος βάτραχος. (debebat φρῦνος) βόσκεται μέντοι τὴν δρόσον καὶ τῷ θέρει διηνεκῶς τοὺς θάμνους διώκει. Aetius c. 54. de phryno seu rubeta surda, ex quo venenum parari ait, ut pernicioso: οὗτος δὲ νέμεται ἐπὶ τῶν καλάμων λείχων τὴν δρόσον. Vides Aetium eundem cum poeta auctorem sequi, sed utriusque bufonis notas confundere. Sed interpretis optimi vice ubique fungitur.

v. 570. Pro thapso buxum nominant medici graeci cum Aetio. Ipse poeta in rubeta lacustri buxum nominat. Eutecnius thapsiam vocat. Aelianus XVII. 12. ait genus esse rubetae (φρύνης) potu et visu noxium. Contritae enim sanguinem vino vel alicui potioni admistum statim interimere. Etiam si acriter hominem aspicientem contra intueatur, atque afflet, (καί τι φύσημα ἐμπνεύσῃ) colorem hominis corpori induci inde pallidum, (ὠχρὸν) qui post paucos dies abeat. Quae si Aelianus recte transtulit, de diverso rubetae genere esse intelligenda videntur. Aut potius statuendum est, scriptores alios bufonis alicujus visu et halitu noxii notas tradidisse inter serpentes et reliquas venenatas bestias, quas Nicander in Theriacis omisit. Contra noxam ex sanie bufonum potulentis cibisve mista ortam accurate enarravit in Alexipharmacis. Aetius etiam ejusdem, ut videtur, quem Aelianus nominat, bufonis morsum et afflatum memorat, ipsamque bestiam describit his verbis c. 36. quae ex Codice graeco apponam: Ὁ φρῦνος εἶδος βατράχου ἐσ]ίν. ἐκ τῆς λιμνοβίου δὲ φύσεως

φύσεως μεταβεβηκὼς ἐπὶ τὴν χερσόβιον, Φρῦνος προσαγορεύεται, ἐμφερῶς τῷ χερσύδρῳ, πρὸς δυσαλθῆ κάκωσιν τῶν ἐντυγχανόντων ἅρμοστος. ἔστι γὰρ ζῶον τῷ μεγέθει ὡς μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῆς βραχείας χελώνης. τραχύνει δὲ τὰ νῶτα, καὶ πολὺ ἐπὶ τῇ του πνεύματος ἐμπλήσει διοιδοῖ. τολμηρότερος δέ ἐστι· διαμύνεται γὰρ πρὸς τὸ ἄντικρυς, καὶ τοῖς πηδήμασι τὸ μεταξὺ συναίρει διάστημα, σπανίως μὲν δήγματι χρώμενος. ἆσθμα δὲ τούτῳ πέφυκεν ἰῶδες ἐμπνοιοῦν σφοδρόν, ὥστε κἂν μὴ θίγῃ τῷ ἄσθματι, βλάπτειν τοὺς πλησίον γιγνομένους. πλείονα δὲ περὶ τοῦ ζώου τούτου ἱστορούμενα παρεμπέμπονται, ὡς μόνα τὰ χρήσιμα παρατιθέσθαι. παρακολουθεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ τούτου βλαβεῖσιν οἴδημα ὅλου τοῦ σώματος καὶ κατάῤῥηξις καὶ σύντονος ἀπώλεια. Poſtrema verba ita convertit Cornarius: *corpus diffinditur.* Avicenna hinc habet IV. 6. 5. 25. *Ex morſu* rubetae apoſtema magnum accidit, et interitus velox. Quae Aetius ab initio tradit de origine nominis, valde ſunt inepta. Rubeta enim non poteſt dici rana, quae vitam paluſtrem cum terreſtri permutaverit. Suum enim quodque genus elementum incolit. Bene tamen cecidit, quod has ineptias admiſcuit Aetius. Inde enim cognoſcimus, eſſe illi ſermonem de bufone aliquo terreſtri; eodem ſine dubio, quem ab afflatu φύσαλον nominavit Lucianus in Philopſeude. Easdem cum Aetio ineptias etymologicas clarius explicat auctor Etymologici, cujus haec ſunt verba: Φρύνεος. δηλονότι Φρῦνος, Φρύνεος πλεονασμῷ τοῦ ε, εἶδος βατράχου, παρὰ τὸ ἐμφερεῖς εἶναι πρὸς τοὺς ἄλλους, ἢ ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι ἀπὸ τῆς λιμνώδους φύσεως ἐπὶ τὸ χερσαῖον. Quaſi Φρῦνος deduceretur à φέρεσθαι! Dixerunt eundem ſequioribus, ut puto, temporibus Φροῦνον. Ita enim Euſtath. ad Dionyſii Perieg. verſu 752. ubi populi Φροῦνοι nominantur: ὁμωνύμως τῷ ζώῳ. Φροῦνοι γὰρ, καθὰ καὶ ὁ Φίλων γράφει, οἱ βάτραχοι. Phrynum terreſtrem eſſe apparet etiam ex verſu Andromachi apud Galenum Theriac. ad Piſ. c. 6. Φρῦνος ἐνὶ ξηροῖς βοσκόμενος πεδίοις.

Sed omnino genus aliquod ambiguum rubetae intelligi voluisse videtur Aetius, de quo etiam Plinius 8. f. 48. haec: ranae quoque rubetae, quarum et in terra et in humore vita, plurimis refertae medicaminibus, deponere ea quotidie et resumere a pastu dicuntur, venena tantum semper sibi reservantes. Idem 38. f. 21. nam si rana saliva sua oculum adspersserit, praecipuum est remedium lac muliebre; et contra morsum ejusdem bibitur instillaturque. Dixit ranam Plinius, quam debebat rubetam; deinde salivae tribuit, quod alii afflatibus. Sed inter remedia venenorum saepius Plinius ranas nominat, quas alibi rectius rubetas. Salivae aliquam noxam tradit etiam graecus Kyranidum auctor: Si conspuerit, inquit, rubeta hominem, mox pilos omnes amittet ille. Ita laudat hunc locum C. Gesner. Sed in editione Rivini p. 98. est: phrynus est species ranae in aridis degens. Hic si spuerit in homine, mox fiet totus decapillatus. Sanguis autem ejus venenum est pilorum. Huc pertinet etiam, quod ex Sasernae libris de re rustica refert Varro 2. 5. si quem glabrum facere velis, ranam luridam conjectam in aquam usque ad tertiam partem decoqui, eoque ungi corpus jubet. Similem in usum seplasiariorum officinae romanorum salamandras exenteratas servabant in melle, ut supra in Salamandrae historia annotavi.

Rubetas (Φρῦνος) alvearia obsidere apesque sufflatu (Φυσᾷ) evocatas devorare annotat Aristoteles H. A. 9. 40. unde narrationem traduxit Plinius 11. f. 18. rubetas appellans. Sed ubi Aristoteles III. 15. lienem ranae et phrynae parvum esse ait, Plinius 11. f. 37. simpliciter ranas nominat. Dubium est, cur altero in loco Φρῦνον, alibi Φρύνην dixerit Philosophus; juxta phrynum priori in loco ranas palustres (βάτραχοι τελματιαῖοι) nominat. Ceterum bufonem ore aperto assidentem alveario quasi vi magica apes in fauces attrahere affirmat *Algren* in Actis Stockholm. Vol. 38. p. 239. Sed ipsam etiam ranam apibus insidiari testatur Hagström de Apium cultura in Suecia.

Suecia. Holmiae 1773. Ranam addit vasi urticis pleno indi- tam recentibus intumescere et post paucos dies mori.

De sede veneni in bufonibus diversas auctorum senten- tias exposui in Specim. I. Physiol. Amphib. p. 27. Adde nunc locum Plinii obscurum 25. s. 76. Sunt, inquit, et ranis venena, rubetis maxime; vidimusque Psyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ociore quam aspidum pernicie. Sed haec plane non intelligo; et Interpretes tacent.

Aetii phrynum, eundem sine dubio cum phryne ab Ae- liano memorata, Laurenti in Synopsi reptilium p. 124. com- paravit cum bufone egregie picto a Roesello in tabula XVII. operis eximii de Ranarum historia naturali. Sed ut eundem agnoscas, multa plura desiderantur argumenta rerum et for- mae. Unum tandem indagavi in loco hoc Plinii 32. s. 18. Sunt, inquit, quae in vepribus tantum vivunt, ob id rubeta- rum nomine, ut diximus, quas Graeci phrynos vocant, gran- dissimae cunctarum, (cum testudine parva magnitudinem com- parat Aetius) geminis veluti cornibus, plenae veneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores — item ex his renis lien contra venena, quae fiant ex ipsis. Ubi multis ex indi- ciis licebit agnoscere bufonem ab Aetio descriptum. Novum vero et egregium formae argumentum praebent gemina veluti cornua, ex quibus agnosco bufonem cornutum Linnaei a Seba primo descriptum et pictum, toto corpore spinosum, et ocu- los ad basin duorum aculeorum, velnti cornium, supra oculos exstantium gerentem; cujus patriam hucusque ignoravimus. Plura de eo dixi in Histor. naturalis Amphib. Specimine al- tero. Hinc apparet vere de bufone hoc irato dixisse Aetium; τραχύνει τὰ νῶτα, i. e. terga exasperat.

Quod de lienis remedio addit Plinius, manifesto est in- dicio, eum verba Nicandri respexisse; καί τε σπλάγχ-ἐλοειδὲς ... ικὸν βάρος ἤρκεσε Φρύνης λιμναίης. Sed pessime lienem ipsius rubetae remedio esse dixit veneno ejus, cum poeta ranae palustris lienem in remedio nominet, ut recte monue-

runt Scholia graeca. Eundem tamen cum Plinio errorem erraruntr post Conr. Gesnerum Interpretes Nicandri recentiores omnes, et qui C. Gesneri libros exscripserunt. De liene ranae vel rubetae in remediis tacent reliqui medici graeci; solus Aetius hepar φρύνου λιμναίου in remedio nominat. Praeterea ex hoc indicio etiam agnoscimus eundem esse Nicandri phrynon cum rubeta Plinii, cui gemina veluti cornua sunt.

His ita disputatis transeo ad explicationem veneni ex gemino bufonem genere sumti, terrestri scilicet et aquatico; quorum alterum, terrestrem Nicander φρῦνον appellavit, alterum κωφοῦ ἀφθόγγου vocabulis signavit, et habitatione palustri distinxit. Comparatione locorum Aetii et Dioscoridis, qui earundem bestiarum venenum ejusque poti signa enarrarunt, multo nunc faciliori et breviori etiam defungi licebit, postquam diversas scriptorum notitias jam ad unum genus terrestre cornutum redegimus.

Aetius igitur c. 54. primum nominat φρῦνον (ranam rubetam dixit Cornarius) ejusque genera duo distinguit. Alterum enim ait esse surdum (κωφὸν,) alterum non item; illum surdum veneno occidere; hunc vero (οὗτος δέ. intelligo genus non surdum) inter arundines vivere roris linctu. Deinde veneni signa, ejusque remedia commemorat, quae plane eadem posuit Nicander, sed diversis generibus distribuit, ut deinceps in singulis locis docebo. Postea cap. 55. tradit Aetius separatim περὶ τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βατράχου, quem in ipsa oratione vocat ἕλειον βάτραχον. Veneni signa eadem plane, uno tamen minora, memorat Nicander, ita ut sit manifestum, eundem bufonem ab Aetio dici βάτραχον ἕλειον, quem Nicander κωφὸν et ἄφθογγον vocans in paludibus habitare inter arundines ait, et quem ipse Aetius in priore capite a surdo (κωφῷ) vita palustri distinxerat. Subjungit deinde Aetius remedia quaedam, plane tamen diversa a Nicandreis, quae scilicet Aetius in unius bufonis terrestris (φρύνου) venenum antea jam contulerat. Nulla igitur dissensio est inter poetam et medicum

Aetium

Aetium, nisi in eo, quod Aetius male bufonem terrestrem κωφὸν appellavit, eique simul omnia veneni signa ejusque remedia assignavit veluti propria, quorum partem poeta aquatico suo seu surdo bufoni vindicat. Deinde hunc aquaticum bufonem pessime ranam palustrem dixit, atque ita interpretes in eum errorem induxit, ut diversum genus a Nicandro bufone aquatico commemorari a Aetio putarent, atque id cum vulgari atque innoxia rana lacustri permutarent.

Dioscorides in Alexiph. c. 31. iisdem vocabulis, quibus Aetius, utitur, eademque plane veneni signa atque eadem remedia commemorat; sed is ita omnia in unum caput congessit; ut plane utrumque genus rubetae confunderet, nec sua cuique signa et remedia tribueret. Quae vero adhuc in numero signorum et remediorum desiderantur, addita reperies in libro secundo Parabilium sub Diosc. nomine editorum c. 157. Quorum auctorem quominus eundem cum Alexipharmacis putem, impedit me illud, quod in salamandra alter ex Nicandro lectionem κρίνοισι i. e. liliis, alter κρίμνοις i. e. farina hordeacia expressit.

Aetii ordinem secutus est Avicenna IV. 6. 2. 8. cujus locum hic ponam ex interpretatione latina, posita etiam a Vincentio: Venenum ranae cognoscitur per abominabilem saporem, sicut leporis marini per odorem. Sunt ranae lacunales (fluviales Vinc.) virides et marinae rubeae, utraeque venenosae. Earum potu accidit obfuscatio coloris ad citrinitatem tendens, et apostematio corporis cum mollitia, et adustio in gutture acore, item difficultas anhelitus, tenebriositas oculorum, vertigo et foetor oris. Et quandoque accidit spasmus ac tetanus, aut solutio ventris dysenterica, nausea, vomitus, permixtio rationis et syncope. Est quando genitura et excrementa involuntario profluunt. Quodsi quis evaserit, dentes tamen excident. Curabitur autem, si evomuerit a potu olei et aquae calidae aut vini copiosi, et plurimum exercitatus fuerit, ac sudaverit in balneo et solio calido, et oleis calidis inunctus fuerit. Salubre etiam ei est medicamentum diacurcuma et

lacha (dialacha Rhazes VIII. 31.) et quicquid hydropicos juvat: item vinum plurimum cum tribus drachmis radicum arundinis, nec non cyperus et calamus aromaticus cum vino. Idem deinde cap. 9. de ranis citrinis sic pergit: Per has tollitur appetitus cibi, et acidi fiunt ructus, color corrumpitur, supervenit syncope, nausea, vomitus et dolor oris stomachi, et venter et crura apostemate afficiuntur. Curandi autem ratio proxima est curationi praecedentium ranarum, quas laconales et marinas vocavimus. Vincentius, qui locum utrumque exscripsit, nescio unde in priore habet: *sperma et urinam et menstrua sine voluntate expellit:* in reliquis nihil admodum variat. Rhazes, qui eadem habet, praeter dentes etiam pilos defluere ait, et in mulieribus conceptionem impediri hoc veneno. Scholia etiam graeca Nicandri cum Eutecnio eandem sententiam ex poetae verbis effinxerunt, quae ita sonant: *saepe effundens et per membra spargens viri feminaeque semen infecundum efficit.* Quae etiam licebit ita interpretari, semen virorum et mulierum temere nullum in generationis usum effundi adeoque infecundum reddi. Hydropicorum mentio facta ab Avicenna in mentem mihi revocat locum Scholiorum, quae sub versum 586. ἠὲ πίθου de ξηροπυρᾷ explicaverant, addunt ὥσπερ οἱ ὑδρωπικοί; et locum recte de ξηρᾷ πυρίᾳ explicant, cujus usum in hydropicis docuit Galenus Comp. med. sec. loca IX. c. 3. Varia fomentorum (πυριατήρια vocant medici) siccorum genera, quibus humores corporis noxii excoquerentur enarravit docte Cornarius ad Galenum de Comp. Medic. sec. loca p. 514. unde petant lectores, quae ad locum Nicandri illustrandum egregie faciunt.

Quoniam Interpretes et plerique historiae naturalis scriptores C. Gesnerum secuti, ad ranas arboreas virides pertraxerunt ea, quae de bufone aquatico tradidit Nicander, in quo vocabulum λαχειδέος, viridem interpretabatur Gesner; operae pretium erit addere, quae scriptores veteres de ranis arboreis, earumque in medicina usu tradiderunt. Ad evellendos

pilos

pilos sanguinem ranae, quam diopeten et calamiten vocant, adhibet Plinius 32. s. 24. et paulo post ranam parvam esse ait in arundinetis et herbis maxime viridem, mutam ac sine voce, quae si forte hauriatur, ventres boum distendat. Hujus humorem corporis specillis derasum claritatem oculis inunctis afferre, ipsasque carnes doloribus oculorum superponi. Denique ibidem addit quosdam ranas conjectas in fictile novum juncis configere, succoque earum, qui ita effluxerit, admiscere vitis albae lacrymam atque ita palpebras emendare. Quas priori in parte loci diopetes et calamitas vocat, eaedem Dioscoridi II. 28. simpliciter sunt ranae virides, quarum sanguis evulsos pilos renasci prohibeat. Similem succi rubetarum colligendi puncturа rationem ad pocula inficienda docent Scholia Nicandrea. Deinde mutam dicere Plinius arboream viridem ranam vix aliter potuit, nisi cum rana lacustri viridi loquacissima comparatam. Deinde psilothrum ex sanguine ranae parvae arboreae viridis fieri posse negat expertus Galenus de Medic. Facult. X. 5. qui antea de Comp. Medic. sec. loca 40. 8. ipsum illud medicamentum ex Papia posuerat.

Pergit Plinius s. 42. ad sanguinem sistendum quosdam cinerem adhibere ranae, quam Graeci calamiten vocent, quoniam inter arundines fruticesque vivat, minima omnium et viridissima. Scilicet rana nostra arborea viridis non solum aestate inter arborum folia degit, sed hieme etiam in aquis condita latet ibique ova edit; unde vere non solum parentes ipsos sed pullos etiam ranarum viridium in aquis reperire inter arundines licet, quae deinde in agros exspatiantur, arundinesque ipsas ascendunt, pluviasque voce satis clara praesagiunt. Manifesto hanc intelligit Plinius sect. 29. est, inquit, rana parva arborem scandens atque ex ea vociferans. Hanc scilicet eam ob causam, a praesagiis pluviarum, vatem (*μάντιν*) graeci vocarunt, auctore Hesychio. Reliqua nomina graeca posui ad Scholia. Eandem arboream ranam Arato *ὀλολυγόνα*, Ciceroni acredulam dici monui in Spec. I. Physiolog. p. 26.

Addam ex Aetii cap. 56. admonitionem, si quis ranam parvam imprudens deglutierit, eaque aucta tormina tumoremque ventris creaverit, multam esse aquam bibendam, ut cum ea revomatur rana. Addit exemplum mulieris, quae tres ascalabotas deglutitos potis tribus vini meri cyathis evomuerit.

Tandem ad interpretationem poetae redeo.

v. 571. Πίμπρησι. Aetius c. 54. παρέπεται δὲ τοῖς λαβοῦσι πυρετὸς καὶ πίμπρησι τὰ ἄκρα, πολλῷ τε ἄσθματι καὶ δυσπνοίᾳ συνέχεται ὁ λαβών. οἴδημα δὲ παρέπεται μετ' ὠχρότητος ἐπιτεταμμένης πυξώδους καὶ σ͂τόματος δυσωδία. Dioscorides pro febre et sequentibus verbis Aetii habet c. 31. ἐπιφέρει οἴδημα σώματος μετ' ὠχρότητος ἐπιτεταμμένης, ὡς δοκεῖν πύξῳ ἐοικέναι, δυσπνοεῖν τε καὶ δυσωδίᾳ ὀδωδέναι τὸ σ͂τόμα. quem sequuntur Paulus et Actuarius. Hi igitur verba communis auctoris, quae retinuisse videtur poeta, non de febre calida et extremarum partium incensione cum Aetio interpretati sunt, sed de tumore membrorum et totius corporis. Verbum autem πίμπρησι significat utrumque, *inflat*, et *incendit*; partes enim combustae vel ambustae corporis simul inflari solent.

v. 573. Καθεψέος. In Medic. Cod. est: καθεψίοιο καὶ ὀπ͂τήν. Unde legendum esset καθεψείοιο. quae scriptura mihi quidem exquisitior et ingenio Nicandri grammatici et poetae dignior esse videtur. Aetius c. 54. πίσσαν μετ' οἴνου propinat, omissa carnium raninarum mentione. Contra Diosc. in Parabil. βάτραχος ἑφθὸς ἢ ὀπ͂τὸς προσφερόμενος, omissa pice. Plura remedia, velut ex testudine habet Aetius cum Dioscoride II. 97. et Plinio 32. s. 14. ubi est: testudinis terrestris sanguis contra serpentium omnium et araneorum et similium venena auxiliatur. ubi veteres editiones ante Harduinum habent additum: *et ranarum*. quod locus Diosc. approbat et Vincentius 20. c. 173. Picem cum vino coquit Eutecnius.

v. 575. Σπλήν. Male Edit. multae σπλῆν'. etsi vel in Scholiis vulgatis rectam lectionem agnoscere licebat ex interpretatione.

pretatione. Rectam exhibent Parif. et G. Verborum conjunctio haec est justa: καὶ σπλὴν Φρύνης λιμναίης ἤρκεσε i. e. ἐθεράπευσε, βάρος ὀλοοῖο sc. Φρύνου. ut recte monent Scholia. Eutecnius: αὐτάρκης πρὸς σωτηρίαν ἂν γένοιτο καὶ σπλήν. Pro splene Aetius c. 54. ἢ ἧπαρ Φρύνου λιμναίου δίδου φαγεῖν. Dioscorides cum asseclis tacent de utroque, versio Cornarii verba allata omisit. Ranarum aquaticarum carnes coctas cum aceto, et hepar cum vino propinat contra araneorum et scorpionum venena noster infra v. 623. ubi vide notam. Aelianus 17. 15. ex Timaeo, Heraclide et Neocle medicis tradit, rubetas (τὰς φρύνας) duo jecinora habere, quorum alterum interimat, alterum alterius remedium esse. Sed noster nunc de rana aquatica, non de rubeta loquitur. Eutecnius nescio qua auctoritate mensuram oboli splenis portioni definit.

v. 578. Ὄγ' ἄφθογγος. Haec ita repetiit Eutecnius: ὁ δέ γ' ἕτερος τῶν βατράχων, ὁ τοὺς θάμνους ἐπιὼν τῷ θέρει, φωνὴν δὲ οὐκ ἔχων. Scilicet ἔαρ de aestate interpretatur.

v. 579. Πύξοιο. Aetius c. 54. de phryno seu rubeta muta: οἴδημα δὲ παρέπεται μετ' ὠχρότητος ἐπιτεταμμένης πυξώδους (Cornarius buxeo, πυξώδους, recte!) καὶ στόματος δυσωδία καὶ λυγμός. ἐνίοτε δὲ καὶ σπέρματος ἀβούλητος ἔκκρισις. et c. 55. de rana palustri symptomata haec ponit: ἀνορεξία, στόματος καθυγρασμὸς, ναυτία, ἔμετος καὶ καρδιωγμὸς κουφότερος. Dioscorides Alexiph. 31. phryno aut rana palustri ingesta corporis tumorem sequi ait cum intenso pallore, qui buxi colorem imitetur; accedere spirandi difficultatem et grauem halitum oris singultumque, atque interdum invitam geniturae profusionem. Eadem cum Dioscoride tradunt Paullus Aegineta et Actuarius.

Χελόεν στόμα. Scholia interpretantur quasi legatur χολῇ. Scilicet etiam versu 12. χολόεν interpretatur glossa interl. G. χολὴν ἐμποιοῦν. Eutecnius: μοχθηρᾶς τὸ στόμα ἐμπίμπλησιν ὀδμῆς λυγμούς τε ἐπιγίγνεσθαι καὶ σπασμοὺς παρέχει.

v. 581. Θερμιότεροι Medic. Ricc. habent. Vulgo θαμινότεροι.

v. 583. Τελίσκει. Ita Codices omnes pro τελέσκει, et deinde χεύαις pro χεύοις. Eutecnius: ἀγόνους ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἀντικρὺ τίθησιν. ἐξασθενούντων γὰρ τῶν μορίων καὶ ἐλαττουμένων τῆς σφῶν κατὰ φύσιν δυνάμεως τὸ σπέρμα προχωρεῖ ἀτάκτως καὶ οὐ κατὰ λόγον. Ceterum Parif. θηλυτέροις.

v. 584. Remedium primum est in vino et vomitu. Diosc. in Alexiph. εὐβοήθητοι τε τυγχάνουσι μετὰ τὸν ἔμετον λαμβάνοντες ἄκρατον πολύν. In Parabil.: ποιοῦσι καὶ ἄκρατος πολὺς πινόμενος καὶ ἐξεμούμενος. Aetius c. 54. εἰσὶ δὲ εὐβοήθητοι μετὰ τὸν δι' ὑδρελαίου ἔμετον λαμβάνοντες ἄκρατον πολύν. Cum Dioscoride ubique faciunt Paulus Aegineta et Actuarius: horum igitur verba ponere nolui.

v. 585. Πελάζοις recte Cod. Med. Ricc. pro πελάζεις.

v. 586. Alterum remedium apud Diosc. ita traditur: λούειν τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν. In Parab. distinctius: καὶ λοῦε ἐν πυριατηρίοις. quae de siccis balneis interpretatur C. Gesner. Aetius: πίθον δὲ πυρώσας ἢ κλίβανον ἢ φοῦρνον καὶ ἀνασπάσας τὸ πῦρ, καὶ εὐθὺς πλίνθον (ἐπιτιθεὶς ex Cornarii versione supple) καθίει τὸν κάμνοντα, καὶ ἱδρούτω ἐπιπολύ. Recte igitur Eutecnius: καὶ τὰς δι' ὀστράκων πίθου τῷ κακοπαθοῦντι πυρίας πρόσφερε. Scholia recte ξηροπυρίαν appellant, ut jam supra annotavi.

Ἀναλθῆ. Ita Medic. cum Scholiis, quae tamen et vulgarem ἐναλθῆ commemorant.

v. 587. Θερμάσσαιο habent Medic. Riccard.

v. 588. De usu calami et cyperi vide ad Scholia. Aetius: ῥίζας τε καλάμων, ἐν οἷς οἱ αὐτοὶ φρῦνοι νέμονται, κόψας μετ' οἴνου δίδου πίνειν, ἢ τῆς ἐκεῖσε φυομένης κυπέρου λ. β. μετ' οἴνου. Unde apparet ἑρπετὰ h. l. esse ranas; et vocabulum οἰκείη significare consuetam, propriam ranis lacum. Male igitur Eutecnius: τρέφουσι δὲ τοὺς καλάμους τούτους οἱ δίυγροι

φροι πάντως καὶ λιμνώδεις τόποι. Verba reliqua plane praeteriit de ranis.

Αὐξηρῶν. Vulgarem lectionem αὖ ξηρῶν Scholia etiam memorant, quanquam ibi ἢ ξηρῶν fcribitur, quod αὐχμηρῶν interpretantur, nifi forte potius αὐχμηρῶν fuit olim fcriptum, cujus gloffa eft ἢ ξηρῶν. Sed Codicum Parif. et G. lectionem fequuntur Scholia et Eutecnius, μεγάλων interpretatus. In textu vitium corr. et fcrib. ῥιζέα κόψας.

v. 589. Ὑπὸ τέτραφε λίμνῃ οἰκείῃ Cod. Goett. quam lectionem fere praeferam.

v. 591. Corrig. φιλοζώοιο.

v. 592. Poftremum hoc remedium ita tradit Diofc. δεῖ δὲ αὐτὸν ἀναγκάζειν συντόνως περιπατεῖν καὶ τρέχειν διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ναρκῶδες. In Parab. διώκει δὲ καὶ περιπάτοις ἢ δρόμοις χρώμενος. Aetius: ἀναγκαζέσθωσαν δὲ καὶ συντόνως περιπατεῖν καὶ τρέχειν, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς ναρκῶδες. ἐνεργεῖν γὰρ σφόδρα ἐπ᾽ αὐτῶν τὸ γυμνάσιον· καὶ λουέσθωσαν δὲ καθ᾽ ἡμέραν. ubi lege cum Cornarii verfione διὰ τὸ — ἐνεργεῖ. Eutecnius: ἄλλως δὲ ἀπότρεπε τοῦ πίνειν ἢ ἐσθίειν ὅλως· ἐκ τυχῶν δὲ αὐτὸν ὠφελήσεις προσαναγκάζων ὡς οἷόν τε συχνοῖς περιπάτοις χρῆσθαι. In Scholiis reperitur ἀνατρῖψαι αὐτὸν νῆστιν. quafi τρίβοις fit a verbo τρίβειν. Verbum κατατρύσαιο eadem Scholia referunt ad corporis jejuni macilentiam efficiendam deambulatione et curfu frequenti. Sed confilium hoc alio fpectare, ad pellendum fcilicet corporis torporem, monent medici laudati antea.

v. 593. Κατατρύσαιο. Editio Band. male καθατρύσαιο.

v. 594. Diofc. c. 27. λιθάργυρος ποθεῖσα βάρος ἐπιφέρει στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ καὶ ἐντέροις μετὰ στρόφων ἐπιτεταμένων, ἐνίοτε δὲ καὶ τιτρώσκει τὰ ἔντερα διὰ τὸ βάρος, καὶ ἐπέχει τὰ οὖρα, παροιδεῖ δὲ αὐτῶν τὸ σῶμα καὶ μολιβδώδη ἀπρέπειαν λαμβάνει. quae verbis, non fenfu, variavit Aldina Pauli editio, et Actuarius.

V. 595.

v. 595. Primum in textu corr. ὅτε pro τότε. λήσειε Goett. πίσοι Parif. τότε poni h. l. pro ὅτε monet glossa interl. Goett. Deinceps μέσσων Med. et ex correctione Ricc. Eutecnius: οὐκ ἂν λιθάργυρος ποθεῖσά τινα δηλάθοι ποτέ. αὕτη γὰρ πρῶτον μὲν βαρύτητα προστρίβεται τῇ γαστρὶ ποθεῖσα. Scribonius: Spuma argentea pota, quam Graeci λιθάργυρον dicunt, ventris infert gravitatem, inflammationem, postea dolorem cum urinae difficili exitu: procedente tempore, coloris quidem quasi plumbei fiunt: praecipue haec deformitas circa faciem deprehenditur. Suppurant autem plurimae partes eorum. ubi Rhodius recte monuit legi debere *inflationem*.

v. 596. Πνεύματ' recte etiam Parif. etsi in Edd. quibusdam et in Bandiniana est sine varietate πνεῦμά τ' scriptum. Deinceps κατομφάλιον Goett. κατεμφάλιον Medic. Sed recte ὀμφάλιον Ricc. et Parif. Vulgo ἐμφάλιον. Scholia: *βάρος κατὰ τῆς κοιλίας, μετὰ δὲ τὴν μέσην αὐτὴν πνεύματα βορβορίζοντα ἀνειλεῖσθαι, τὰ δὲ μέλη πιμπράσθαι.* Eutecnius: *ἔπειτά που περὶ τὰ σπλάγχνα πνευμάτων τε κινήσεις ἰσχυρὰς καὶ ἤχους οἷον δή τινας περὶ τὸν ὀμφαλὸν ἐργάζεται.* Noster versu 287. *καταπνίγουσα δὲ πνεῦμα ἐντὸς ὑποβρομέει, ὀλίγῳ δ' ἐνελίσσεται ὅλμῳ.* Sed h. l. lego ἀνειλήσαντα. Hippocrates de vetere medicina T. I. p. 34. *ὅσα δὲ φῦσαν τε καὶ ἀνειλήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι προσήκει ἐν μὲν τοῖσι κοίλοισι τε καὶ εὐρυχωρήσεσιν οἷον κοιλίῃ τε καὶ θώρηκι ψόφον τε καὶ πάταγον ἐμποιεῖν.* ubi Galenus ἀνειλήματα interpretatur στρόφους. Idem Prognoſt. T. I. p. 66. *φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου καὶ παρδήσεως διεξιέναι ἄριστόν ἐστι, κρέσσον δὲ καὶ σὺν ψόφῳ διελθεῖν ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι.* In textu noſtro comma expunge poſt θηλυτέρης.

v. 597. Ὄττε Med. Ricc. Scholia: *ἐμπνευματοῖ παραπλησίως στρόφῳ. εἰλίγγειο τῆς κοιλιοστρόφου φησί.* Eutecnius: *εἰλιγγιαῖον παρασκευάζει.* ubi Vindob. Codex ἰλιγγιαῖν παρ. Aetius: *λιθάργυρος ποθεὶς βάρος ἐπιφέρει στομάχου καὶ κοιλίας*

λίας καὶ ἐντέρων μετὰ στρόφων ἐπιτεταμένων εἰλεωδῶν περὶ τοὺς ὀμφαλοὺς μάλιστα ἐρειδόντων. ἐπέχεται καὶ τὰ οὖρα μετὰ καρδιώσεως τοῦ σώματος. πελιοῦται δὲ ὅλον τὸ σῶμα καὶ μολιβδῶδες γίνεται.

v. 598. Ἀπροφάτοισιν recte M. R. ἀπροσφάτοισιν Goett. et Parif. Vulgata inepta. Florentina etiam ἀπροσφώτοισι habet. Antea ἀνέρας pro ἄνδρας M. R. G. Deinceps ἐπαΐσσων dedit Med. Goett. ἐνισπλήσσων Ricc. Vulgo ἐνιπλήττων.

v. 599. Τῶν οὔρων omiſſo γε, quod vulgo interſertum legitur, Med. Goett. οὐ μὴν Pariſ. Scholia: οὐ μὴν τῶν γ' οὔρων (ſed G. omittit γε.) γράφεται καὶ οὐ μὲν τῶν γ' οὔρων ἀντὶ τοῦ τῷ κακωθέντι ὑπὸ τοῦ λιθαργύρου ἡ τῶν οὔρων ῥύσις κατέχεται. Fuit ergo olim lectum οὐ μὴν τῷ γ' οὔρων. in aliis vero οὐ μὲν τῶν οὔρων. Eutecnius: τὰ οὖρα προχεῖσθαι οὐ συγχωρεῖ. ὑποπίμπρησι δὲ καὶ τὰ μέλη, τῷ μολίβδῳ τὸ χρῶμα ἐοικέναι ποιεῖ. Pro ἄνυται poſſis ſuſpicari exquiſitius ἄνεται fuiſſe olim ſcriptum h. l. Vide Interp. Ariſtoph. Veſp. verſ. 399. et Aeſchyli Choeph. v. 797.

v. 600. Μολίβῳ M. R. G. μολίβδου Pariſ. Vulgo μολίβδῳ. Antea πίπραται Pariſ. Aetius: καὶ τὰ ἄρθρα πιμπρᾶται. ἐπὶ τέλει τε καὶ πνιγμὸς παρακολουθεῖ.

v. 601. Διπλόον. Scholia: δυὸ ὀβολοὺς σμύρνης. Eutecnius: ἀλλὰ θεραπεύει ταῦτα πάντα σμύρνη σταθμιζομένη τὴν ὁλκὴν εἰς ὀβολοὺς δύο. Dioſcorides in Parab. myrrhae obolos duo, Aetius τριώβολον. Dioſc. in Alexiph. et cum eo Paulus, plures etiam obolos ponit. Myrrham ſimpliciter nominat Scribonius. Gloſſa interl. G. τριῶν κοκκίων ὁ ὀβολός. Unde fortaſſis origo diverſitatis eſt repetenda.

v. 602. Ὀρμίνθοιο M. R. ὀρμίθοιο Goett. ὀρμήνοιο Pariſ. Scholia ὀρμίνιον habent ſcriptum. Gloſſa interl. Goett. ὀρμίθοιο εἶδος βοτάνης. χύσιν, φύλλα. Eutecnius: καὶ ὅρμινον ἡ βοτάνη, ὑπέρικόν τε δὴ τὸ ἐν τοῖς ὄρεσι τρεφόμενον καὶ ὑσσώπου κλῶνας. Dioſc. ὀρμίνου ἀγρίου σπέρμα, ὕσσωπον,

ubi

ubi male olim legebatur: τερμίνθος ἀγρίου. In Parab. ὁρμίνου σπέρμα, ὑπερικὸν, ὕσσωπον σὺν οἴνῳ. Paulus: πινόμενον σὺν οἴνῳ θερμίνου ἀγρίου σπέρμα. quae correxit Cornarius. Actuarius: terebinthi agrestis semen. Aetius: μετὰ τὸν διὰ τῶν ὀλισθηρῶν ἀφεψημάτων ἔμετον, ποτίζειν μετ' οἴνου ὁρμίνου σπέρμα — ἢ ἀψίνθιον, ἢ σελίνου σπέρμα ἢ ὕσσωπον. Gorraeus χύσιν pocula interpretatur. Scribonius: adjuvantur secundum rejectionem aqua mulsa, acrique curatione, pipere, myrrha, apii semine pondere pari in unum mixtis, ex eodem medicamento * P. unius dare eum vini cyathis tribus quatuorve cotidie potis. In Theriac. vers. 893. κάρφῃ ὁρμίνοιο sunt, ubi Eutecnius ὅρμινθος habet. Hormini silvestris semen venerem stimulare cum Diosc. annotat Plinius.

v. 603. Οὔρειον Scholia habent, et ὀρεινὴν interpretantur, ὀροδάμνους vero κλάδους. Hypericum omittit Aetius; describit Diosc. 3. 171. et inde Plinius 26. f. 53. sed neuter usus alexipharmaci meminit. Locum natalem Diosc. ponit ἐν ἐργασίμοις καὶ τραχέσι τόποις. Est etiam aliud genus, aliis Coris dictum, apud Dioscoridem 3. 174. et Plinium 26. f. 54. utrumque vim diureticam possidet, quae h. l. requiritur. In Hippocrate Galeni Glossarium κόρη interpretatur ὑπέρικον, addens ἔχειν τὸν καρπὸν κορίῳ ὅμοιον. Vide Harduinum ad Plinii locum laudatum.

v. 604. Σπεράδος τε Medic. Scholia: τὴν ἀγρίαν συκῆν. σελίνου, τοῦ ὀρεοσελίνου καλουμένου. Φυτὸν γὰρ τοιοῦτόν ἐστι διουρητικόν. Eutecnius: κράδῃ τε πρὸς τούτοις καὶ μέντοι καὶ τὸ τοῦ σελίνου ἐπὶ πᾶσι σπέρμα, ὃ δὴ ἐν Ἴσθμῳ τὸ πρῶτον λόγος ἔχει φῦναι. Diosc. in Parab. σελίνου ἀγρίου σπέρμα. Ficum agrestem reliqui medici graeci omnes omittunt. Asclepiades apud Galenum Antid. II. 7. βοηθεῖ πέπερι, σέλινον, σμύρνα μετ' οἴνου λειωθέντα καὶ πινόμενα. Plinius 22. f. 13. urticae semen cicutae contrarium esse Nicander affirmat, item fungis et argento vivo. Sed nec in fungis nec h. l. Nicander semen urticae memoravit. Et pessime Plinius lithar-

gyrium

[illegible] argentum vivum. Vide [illegible] Var. Lect. II. [illegible] Sic iterum Plinius [illegible] 93. Columbarum silvestrium [illegible] privatim contra [illegible] vivi potum laudat; ubi Aetius [illegible] habet. Scilicet contra [illegible] venenum eadem valere remedia, quae contra lithargyrum [illegible] etiam [illegible]. [illegible] Contra [illegible] Φάρμακα [illegible]

[illegible] Parisi. Florentina [illegible] sine [illegible] haustu, [illegible] supposuit. In lacunis [illegible] libri [illegible] Goett. aliena manu correctum [illegible] [illegible]

[illegible] Nicandri loco [illegible] [illegible] Pindarus etiam [illegible] corona [illegible] teste Plutarcho in vita Timol. T. II. p. [illegible] Plutarchi Sympos. Q. [illegible] p. 676. ed. Francof. Vide Corsini Dissert. Agonistic. p. [illegible] Pertinet huc locus [illegible] apud Plutarchum S. Q. V. 3. [illegible]

[illegible] ubi vulgo legitur [illegible] In Codice est [illegible] in alio [illegible] vulgo [illegible] sed in Codice est [illegible]

[illegible] Deinceps [illegible] Paris. [illegible] Scholiast. [illegible]

[illegible]

ubi male olim legebatur: τέρμινθος ἀγ
νου σπέρμα, ὑπερικὸν, ὕσσωπον σὺν οἴνω
σὺν οἴνῳ θερμίνου ἀγρίου σπέρμα. quae
Actuarius: terebinthi agrestis semen.
τῶν ὀλισθηρῶν ἀφεψημάτων ἔμετον πο
νου σπέρμα — ἢ ἀψίνθιον, ἢ σελίνου
Gorraeus χύσιν pocula interpretatur.
tur secundum rejectionem aqua mulsa, a
pere, myrrha, apii semine pondere par
eodem medicamento * P. unius dare cum
quatuorve cotidie potis. In Theriac. v
νοιο sunt, ubi Eutecnius ἄρμινθος habet.
men venerem stimulare cum Diosc. ann

v. 603. Οὔρειον Scholia habent,
tur, ὀροδάμνους vero κλάδους. Hyp
describit Diosc. 3. 171. et inde Pliniu
usus alexipharmaci meminit. Locum
ἐν ἐργασίμοις καὶ τραχέσι τόποις. Est
Coris dictum, apud Dioscoridem 3. 17
utrumque vim diureticam possidet, q
Hippocrate Galeni Glossarium κόρη In
dens ἔχειν τὸν καρπὸν κορίῳ ὅμοιον.
Plinii locum laudatum.

v. 604. Σπε ... ος τε Medic.
κήν. σελίνου, τ ... λίνου καλο
τόν ἐστι διουρ ... tecnius:
μέντοι καὶ τὸ ... ἐπὶ πο
τὸ πρῶτον ... D
σπέρμα. ... reliq
tunt. A ... Galenu
σέλινον. ... λ
... n cicut

gyrum vertit

II. 14. Sic

contra

tra lithargyrum

x. 605.

Parif. Plutarchus

bulum

Goett. aliena manus correxit

Nicandri loco

se ex apio.

Timoleonti

Plutarch

emendabis Plutarchi

Differt.

Plutarchum

contra

ON

R

[illegible] Φαρμάκια [illegible].

v. 608. [illegible] Vulgo [illegible] Eutecnius [illegible] Dioscorides [illegible] de erysimo [illegible] φάρμακα. Contra Gorraeus [illegible] relatum interpretatur piper rugosum, ῥυσσὸς quod tamen improbat Diosc. II. 188. Idem in Alexiph. [illegible] In Parabil. omisso pipere ponit [illegible] Piper nominat: Aetius hypericum et erysimon omittit, eorum absinthium ponit. Hesychius: [illegible]. Atque omnino Gorraei interpretationem ipsa grammatica rejicit. Πέπερι seu πέπερι est accusativus [illegible] pendens; igitur erysimum herbam interpretari debemus, quam noster Theriac. versu 894. dixit [illegible], ubi vide. in Erysimum, latinis irionem et hominum horti graeci et romani coluerunt auctore Plinio. Ceterum [illegible] corticem, ubi vulgo [illegible].

v. 609. [illegible] Mutilus sed in [illegible] Scholia: [illegible] Eutecnius: [illegible] Diosc. [illegible] In Parabil. cyprum omisit. Aetius: [illegible]

v. 610. In textu vitium in [illegible] pro [illegible]. Scholia: [illegible] Eutecnius [illegible] ubi Medicis male [illegible] Cydoni mentionem omittunt medici graeci reliqui. Theophrastus H. Pl. I. 22. [illegible] Conf. Plin. [illegible]

τῶν

τῶν φοινικινῶν ὄγκων σφαιρότερα γίνεται καθάπερ τὸ τῆς ῥοιᾶς. ἐκ γὰρ τῶν κυτίνων ἄνθος. Est ergo calyx, quo dehiscente flos in sua folia se pandit. Dioscorides l. 1. 151. et 154. domesticae punicae florem κύτινον, agrestis βαλαύστιον vocari ait. Galenus κατὰ τόπους 7. 1. ὀνομάζουσι δὲ κύτινοι οἱ πρωτόγονοι καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἀνθοῦν παύεται τὸ δένδρον, ὁ καρπὸς αὐτοῦ φαίνεται σχηματιζόμενος εἰς ἰδέαν ῥοιᾶς. Plinius 23. c. 6. primus pomi hujus partus florere desinentis cytinus vocatur. Dioscorides 4. 69. in hyoscyamo κυτίνους σκληροὺς dixit, quos ipse postea λοβοὺς vocat. Vide etiam ad Theriac. vers. 870. Cornarium ad Galeni l. c. p. 444. et Bodaeum ad Theophr.

v. 611. Σμίλου Goett. Eutecnius: σμῖλός ἐστι φυτὸν καὶ παρόμοια τῇ ἐλάτῃ, θανάσιμον δὲ γίγνεται τοῦτο τοῖς αὐτοῦ λαβοῦσι; Dioscorides c. 12. σμίλακα dixit, monens ab aliis θύμιον vocari. In Parabil. c. 153. τυθύμαλλον etiam vocari ait, non solum succo letalem, sed etiam umbra, quo tempore praegnans flores proferat. Sed libro 4. 78. θύμαλον habet, et similem foliis et magnitudine abieti esse ait. Hinc ἐλατηΐδα dixit poeta. Monet eam, quae in Carbonia nascitur, tantam vim habere, ut umbra sedentes vel dormientes sub ea laedat vel occidat; gallinaceos fructu Italicae nigrescere. Plinius 16. c. 20. Sextius hanc smilacem a Graecis vocari dixit, et esse in Arcadia tam praesentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. In Dioscoride legunt alii Ναρβωνία. De Aetolica taxo eadem ex Andrea medico referunt Scholia, et montem Aetoliae Oetam huc afferunt. Θύμιον habet etiam Paulus ex Dioscoride. Fumum taxi mures necare tradit Plinius 24. c. 72. succum contra viperae morsum facere edicto publicavit olim Claudius ap. Sueton. c. 16. Calabriam in Dioscoridis loco nominat versio antiqua apud Vincent. 12. c. 107.

v. 612. Πολυκλαύστοιο dedit Lectius, atque ita M. et R. Vulgo πολυκλαύτοιο. Scholia: οἰταίην, τοῦ οἴτου αἰτίαν γιγνομένην, ἢ τὴν ἐν Οἴτῃ ὄρει τῆς Αἰτωλίας φυομένην. Diosc.

καθάπερ ἐπιφέρει ψύξιν καθ' ὅλου τοῦ σώματος καὶ πνιγμὸν ὀξὺν καὶ θάνατον; contra quae valere ait eadem remedia, quae contra cicutam. In Parab. δοτέον οἶνον πολὺν καὶ ὄξος καὶ ὅσα τοῖς κώνειον πεπωκόσι. Aetius: περὶ σμίλακος ἢ θυμήλου ἢ τάξου (lege τάξου) λεγομένης. σμίλαξ δὲ ἡ καλουμένη θύμηλον, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τάξον· ποθεῖσα ἐπιφ. ψύξιν ὅλου τοῦ σώματος καὶ πνιγμὸν ὀξὺν περὶ τὸν θάνατον. Paulus habet ὀξύτατον. Locus Callimachi a Scholiis positus pertinet ad Trachiniae regionis taxum, ut constat ex Aeliani H. A. 9. 27. Locum Theophrasti H. P. 3. 10. φασὶ δὲ τὰ μὲν λόφουρα ἐὰν φάγῃ τῶν φύλλων ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ μηρυκάζοντα οὐδὲν πάσχειν conciliare eum Scholiis conati sunt Bodaeus p. 176. Meursius Opp. Vol. 4. p. 122. optime autem Cagnatus Obs. Var. 2. c. 22. Montem Aetoliae Oetam ignoro, qui a tergo Doridis est; Oeetam intelligi suspicor ex loco Callimachi apud Aelianum.

v. 613. Ἐμπλείου Medic. Deinceps χολῇ κρατέρῃ Parif. Scholia: ἀκρατοτέρα πόσις οἴνου πολλὴ παραχρῆμα ἰάσατο.

v. 614. Εὐαλθήσεια Med. εὐαλθήσεια Goett. qui deinceps παραχρέος.

v. 615. Φάρυγγος Medic. Eutecnius: καὶ ἀκράτου πόσις οἴνου αὐτὸ οὐκ ἐᾷ κακουργεῖν, ἰᾶται δὲ ὁ οἶνος αὐτὸ ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἢν μὴ φθάσῃ ἀποφραγῆναι ὅ τε λαιμὸς καὶ τὰ παρίσθμια. ἐναπαντλεῖται γὰρ τὸ δεινὸν ἡ σμίλος τοῖς μορίοις τοῦ ἀνθρώπου, εἴπερ ἂν καὶ ἡ πόσις ἡ ταύτης γένηται.

v. 629. Καί κεν ἔθ' Med. et Goett. καί κεν θ' Ricc. Parif. Vulgo καί κ' ἔνθ' legitur. Eutecnius: ἀλλὰ σέ γε, ὦ Πρωταγόρα, τῶν παρ' ἐμοῦ ῥηθέντων ὅλως ἡ μνήμη τῶν ἐπῶν μήποτε παρέλθοι, φυλάττεσθαι δὲ ὑπὸ σοῦ καὶ τοὺς τοῦ ξενίου Διὸς εἰς ἐμὲ καθήκοι διὰ παντὸς θεσμούς τε καὶ νόμους.

v. 630. Μνῆστιν. Scholia: μνείαν. ἐν τῷ μεμνῆσθαι τοίνυν ἡμῶν τὸν νόμον φυλάσσοις τοῦ ξενίου Διός.

ANIMAD-

ANIMADVERSIONES
IN
SCHOLIA GRAECA.

Verba τὸ ποίημα addunt G. et Lorr. Deinceps vulgo erat ὡς καὶ αὐτός φησι ῥεῖα. Correxi ex Goett.

v. 7. Εὕρηκε διὰ τὸ μέσον τοῦ Βορρᾶ Goett. Deinceps vulgo ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἄρκτον τόπος. Postea G. ἢ ἐστι τροφὴ ἀφ' οὗ καὶ ἡ θηλάζουσα μήτηρ. Locus Callimachi vulgo legitur ὅτε Διὸς ἀπὸ ὀμφάλιος ἔθεν ἐκαλοῦντο. Quod dedi, est in G. libro. Exstat in Hymno in Jovem vers. 44. — Διδύμοιο scripsi pro Διδύμου, monente etiam Holstenio ad Stephani Byz. verba: Δίδυμα ὄρη τῆς Τρωάδος ἀφ' ὧν Διδυμαίη ἡ Ῥέα. De tempore Phrygiorum matris Idaeae sacrorum, mense et die mensis, nihil aliunde compertum habeo. — Ἐπειδὴ ἀντιφάρμακον. Malim εἰ μὴ ἀντιφάρμακον ἔχει. Postea vulgatum ἐξάπτουσιν ἐν δένδρῳ correxi ex G. Κερβέρου φωνὰς dedi ex G. pro φωνήν. Deinde χωρίον λεγόμενον pro χωρία λεγόμενα. Vulgatum ἐσκοτισμένος correxi e G. Postea ταυρωτικὸν ex eodem pro ἐπερβωτικὸν, et σιλαίνειν pro σιλλαίνειν. Deinde vulgo erat: ταυρόκερως γὰρ ὁ Διόνυσος. Euphorion apud Scholiasten Arati ad Phaenom. vers. 172. Ὑῃ ταυροκέρωτι Διωνύσῳ κοτέουσαι. De verbo σιλαίνειν, et σιλλαίνειν vide Hemsterh. ad Pollucem T. II. p. 1132. et Aeliani V. H. 3. 40. Reliqua ceterum Scholia monent ab antiquiori-

bus poetis Silenos, nullos vero Satyros memorant. Vide de hac re Heynii Antiquarische Auffätze T. II. p. 56. Μεθυσθέντες. Vulgo μεθύοντες — Postea τῷ φάρμακι — et bis πάρδαλις, deinde ἐφίκετο — λαβεῖν τοῦ ἀντιφαρμάκου, καὶ μὴ δυναμένη — σφύζουσιν quae omnia correxi ex G. Τὰς δὲ ἀκόνας. Ita Goett. Plinius 6. f. 1. Heraclea Lyco flumini appositum, — portus Acone veneno aconito dirus, specus Acherusia etc. v. 43. Βοηθήσειν. Vulgo βοηθεῖν et post φύλλα ἔχοντος deest λέγειν. v. 55. Οἴναρα. Ita correxi vulgatum οἰνηρά. Deinde ex G. et L. dedi ἴωνιά ἄγρια pro ὄνια ἄγρια. Postea ὀριγάνου, ἡμεῖς — ὃ καὶ οἱ ὄνοι ἐσθίουσι vulgo legitur, quae correxi ex Cod. G. v. 57. Οὕτω τι βοτάνιον G. Deinde vulgo γιγνόμενοι ἀπὸ τῆς ἐψήσεως. quae ex G. correxi, et omisi, quae deinceps sequebantur: ἡ ἐκ τῆς σήψεως, eodem Codice etiam monente, velut inepta. v. Μοσχοφόρῳ κεράστῃ G. pro vulgato κέρατος. Verba καθ' ὑπερβολὴν τῷ ὠφελεῖ idem omittit. v. 65. Vulgo erat νέας γυναικὸς φησὶ καὶ οὐ πάλαι τίκτου. v. 66. Πρόσφατος fr. ex eodem correxi vulgatum ἐκάστοτε πρόσφ. v. 69. Ὀλμῷ ξαλβῇ Goett. Cur Scholiastes Goett. mori radicum corticem intelligi velit, ignoro. Plinius 23. f. 70. de succo arboris: adversatur aconito et araneis in vino potus — hoc idem praestat et cortex tritus — scorpionibus adversatur e radice corticis succus ex vino aut posca potus. [illegible]

v. 87. Verba ἀντὶ τοῦ φανερῶς velut ineptum glossema inclusi. Postea Goett. ἠλαίου τοῦ ἀέρος. In loco Callimachi ὤλισθον dedi ex G. qui tamen deinceps εἶπεν habet. Vulgo ἦλιξεν; quod varie tentarunt viri docti. Vide Fragmentorum Collectionem Bentlejanam no. 201. et ad no. 242. v. 91. Prius ἀπογαλακτιζόμενον omittit G. Deinde vulgatum σύφαρ correxi ex Lorr. Glossa Goett. ad Theriaca vers. 137. γῆρας explicat σύφαρ et Scholia Apollonii Rhodii ad I. 669 ex Callimacho afferunt:

[illegible] καὶ τὸ ῥιπιδον τῦφαρ [illegible] Sophron in Etymol. M. [illegible] [illegible] ξὺν [illegible] τῦφαρ [illegible] quem locum cum aliis posuit ex Herodiano Eustathius ad Homer. p. 1766. ubi de verbo [illegible] (Hesychio [illegible]) affert Democriti locum, qui exstat in Disput. Sceptica apud Fabricium B. G. T. XII. Sophronis locum corruptissimum habet Etym. Gudianum MStum in voce [illegible] v. 95. Σμῆγμα. Ita G. et L. pro μίγμα, quod jam olim correxit H. Stephanus in Thes. G. L. Deinceps ex utroque Codice addidi τὸ κάθαρμα, et paulo ante correxi inde vulgatam [illegible]. In fine ipse correxi vulgatum [illegible] τὴν [illegible] v. 99. Ἐν τῷ τετάρτῳ. Ita recte G. Vulgo ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. Verba postrema [illegible] δὲ [illegible] τὸ ἀρχαῖον ἀπὸ τοῦ Θεοδοσίου καὶ Νικάνδρου μεταγεγραμμένον solus Scholiastes recentior Goett. habet. Memorare videtur voluisse varietatem lectionis aliquam, hodie obscuram nobis. Theodosius Nicander videtur esse Theodosii grammatici editio aliqua, unde vulgaris lectio fluxisse videtur. v. 101. Fragmentum Callimachi ex h. l. relatum est a Bentlejo no. 139. Vulgatum [illegible] correxi ex G. In loco Homeri item vulgatum [illegible] emendavi; ante verba τὴν δὲ [illegible] delevi inutilem copulam καὶ eodem auctore. v. 109. Ὤσχας et ὠσχοφόροι ubique scriptum habent Codd. G. et Lorr. Ex iisdem correxi vulgatam [illegible] πόλεως [illegible]. Deinde Cod. G. [illegible] κόμισας habet. De festo hoc vide Schottum ad Procli Chrestomath. p. 53. ubi Σκιρίδες scribitur, et Athenaeum l. XI. p. 495. ex Aristodemo, qui festum ipsum Σκίρρα, Minervam Σκιρράδα dixit. Photii Lexicon MStum: ὄσχη· τὸ σὺν βότρυσι κλῆμα. Idem [illegible] [illegible] ὀσχοφόρια καλουμένη. ὄσχος γὰρ καλεῖται [illegible] τοὺς βότρυς [illegible] [illegible] εἰς τὸ ἱερὸν Σκιράδος [illegible] [illegible] [illegible] Idem: ὀσχοφόροι δύο [illegible] [illegible] καὶ πλούτῳ διαφέροντες [illegible] ὄσχη [illegible]

ἀεθλ. βοῦ ῥίον[illegible] ἔχειν [illegible] ἱεροχέλω καὶ ἀγῶνι. Similiter ferebantur [illegible] festo die Minervae procedebant, [illegible] gestantes. v. 111. Vulgo [illegible] (Dedi quod habet G. [illegible] et sic quidem locum satis intelligo. [illegible] v. 115. [illegible] legendum esse videtur, etsi Scholii auctor inepte permutat nomina cantharidum et cantharorum. Scarabaei stercorarii, qui in pilulis stercoris ωὰ deponunt, plane sunt alieni generis. v. 123. [illegible] G. Deinceps vulgatum [illegible] correxi ex G. v. 126. Ἀκάνθης εἶδος G. Ex eodem vulgatum deinceps [illegible] correxi. v. 130. Metanira Celei uxor fuit, secundum plurimos auctores. De Metanira et Jambe vide notas egregii Heynii ad Apollodor. p. 59. Scholia ad Euripid. Orest. vers. 962. et Wesseling. ad Diodor. I. 334. Locum Scholiorum horum de Jambo ex Codice Goettingensi emendationem posuit nuper Mitscherlich ad Homericum Hymnum in Cererem p. 166. et 171. De Jambe vide etiam Schottum ad Procli Chrestomath. p. 130. et Eustath. ad Odyss. p. 1684. l. 48. seqq. [illegible] αὐτῇ [illegible] pro [illegible] etiam emendabat Ruhnkenius Hymn. in Cerer. p. 34. Ἀθυμοῦσαν. Ita G. vulgo [illegible]. Deinceps vulgo ὅπερ αὐτῇ πρῶτον εἶπεν. Goett. [illegible] αὐτῇ πρ. εἶπε — Postea ἀναφερομένοις ὕπνοις Goett. Respexit auctor Scholii hymnum in Cererem nuper demum in Moscavia ab amico Matthaei repertum et a Ruhnkenio editum, ubi locus exstat a versu 206. et seqq. Historiam hanc initiatio mysteriorum Eleusiniorum expressit, ubi post jejunium cyceonem sumebant. Vide Meursii Eleus. c. 10. Jambismo etiam illiteria mulieres imitabantur in Thesmophoriis teste Apollodoro p. 16. et Cleomede Meteorol. II. p. 91. Vide etiam Pausaniam VII. 27. p. 596. Plinius 20. f. 54. nauseas cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet pulejum femina. Aliter Diosc. 3. 46. Aristophanes in Pace versu 712. οὐκ [illegible] βλη-

χωνίαν.

χωλῆν. Variis igitur herbis conficiebatur adjectis cyceon. v. 134. Ἐψηθεῖσαν. Voluit συνεψηθεῖσαν. Postea Goett. μορέεν ἢ τὸ μετὰ πόνου γινόμενον καὶ ἑψόμενον ἢ μορίδιον etc. In loco Homerico Iliad. P. 564. Codex Goett. ἐσεμάσσατο habet scriptum; Editiones Homeri ἐσεμάσσετο. Vide Interpretes Hesychii ad ἐπεμάσσατο. — εἰς αὐτὴν χεῖρα. Ita G. pro εἰς τὴν αὐτοῦ χεῖρα. Idem postea ἐμμάτειν praefert et Ἄλλως addit; postea habet εἰς τινα καθιέναι. v. 142. Ἐψήσαντα scripsi pro ἐψήσαντι. v. 146. Vulgo ὑψηλὸς, quod correxi ex G. L. v. 149. Οὐκ αὐτὴ ὕλη. Ita G. vulgo οὐχ ὕλη ἡ Σάμος. — μελιφύλλον legitur. v. 150. Ἴμβρασος γὰρ ποταμὸς legi debebat: interim ex G. vulgatum ποτὲ correxi. Postea vulgo πῶς οὖν αὐτός. Harpocratio: γεωφάνιον χωρίον ἐν ᾧ γῆς μέταλλον· περὶ δὲ τοῦ ἐν Σάμῳ γεωφανίου ὃν τρόπον εὑρέθη Ἔφορος περὶ χωρίων. ubi Valesius p. 107. recte monuit multa in Scholiis his esse inepta et falsa. Plinius 5. c. 31. ex Aristocrito tradit Samum insulam dictam olim Melamphyllon et Cyparissiam fuisse.

v. 157. Περὶ τοῦ ἀγρίου δὲ κορίου. Ita G. vulgo κηρίου. v. 161. Verba de oestro ex eodem sumta auctore, unde sua duxit Aelianus H. A. 4. 51. et 6. 37. ubi vide notas. v. 163. Αὐτοκέρασθον dedi de meo pro αὐτοκόρεσθον. v. 164. Πεπληρωμένην ex Codice correxi vulgatum. v. 165. Στερομένην βίας — ἄνευ ἀληγδόνες G. v. 172. Vulgo erat ἀτμεύειν ὃ ἐστι δ. — ἀτμενεῖς quae correxi ex G. Paulo antea malim ἐστερημένην γλεύκους. v. 174. Vulgo διὰ τούτων Ἡράκλειτος Goett. καὶ Ἡρ. sed punctis suppositis deleri voluit. Respici puto locum Heracliti, qui legitur in Antonini Imper. Comment. 4. 46. ἀεὶ τοῦ Ἡρακλειτείου μεμνῆσθαι, ὅτι γῆς θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατος, ἀέρα γενέσθαι; καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. Menecratem puto intelligi Ephesium poetam, laudatum etiam a Varrone R. R. 3. 16. 18. — v. 177. Ter in hoc loco ex G. et L. correxi vulgatum ἀχθομένου,

μένου, et ἀχθόμενοι. v. 178. Καμάτου γινόμενον. Ita Codex; vulgo verbum deest. In verbis μιγνύντα μετ᾽ ἄνου addit G. τῇ θαλάσσῃ, sed postea expunxit recentior manus. Respexit auctor ineptae glossae ad interpretationem illam, quae ἀτμένιον referebat ad mare. v. 181. Τοῦ ἡδυτάτου, τοῦ γλεύκους: ψιάθια δὲ — ἢ τοῦ γλεύκους πόσις χιόνι μεμιγμένη G. v. 183. De insecto pemphredone verba sunt excerpta ex Clitarcho, quae eadem sic posuit Diodorus Siculus T. II. p. 218. ἔστι δὲ καὶ ζῷον κατὰ τὴν χώραν ἐπιτεραμένον, ὃ καλεῖται μὲν ἀνθρηδὼν, λειπόμενον δὲ μελίσσης μεγέθει μεγίστην ἔχει τὴν ἐπιφάνειαν. ἐπινεμόμενον γὰρ τὴν ὀρεινὴν ἄνθη παντοῖα δρέπεται, καὶ ταῖς κοιλάσι πέτραις καὶ ταῖς κεραυνοβόλοις τῶν δένδρων ἐνδιατρίβον κηροπλαστεῖ, καὶ κατασκευάζει χυμὸν διάφορον τῇ γλυκύτητι, τοῦ παρ᾽ ἡμῖν μέλιτος οὐ πολὺ λειπόμενον. quae verba minus integra sunt ex parte, et vitiosa, ubi legitur μεγίστην ἐπιφάνειαν.

v. 186. Vulgo erat οἱ μὲν κρεσέανον, οἱ δὲ κορίανον οἱ δὲ ἀνησοειδές. quae correxi ex G. et Lorriano libro. v. 192. Αἱ πρὶν ἐῤῥωμέναι. Ita G. et L. Vulgo ἢ περιεῤῥωμέναι. v. 193. Schol. G. antiquus: ὁ δ᾽ ἀέρα, κοῦφον ἀλέξει. ἀναπνεῖ, ἀποβλέπει. ἢ παρσπᾷ τὸν ἀέρα, καὶ ὀλίγα πνεῖ. Schol. recentior ἀτύζει δὲ νῦν ἀτενίζει etc. Lorrianus ἀτύζει. In loco Homeri Lorr. ἀτυχθέντες habet, et deinceps bis ἀλύζει. v. 194. Ὧν καὶ γέτω, Lorr. κατασπέπτων, quod ponendum videtur pro vulgato κατασπέπτοντα. v. 197. Κατασκεύαζε Goett. v. 201. Vulgatum καὶ ante ἀμφότερα recte omittit G. Deinceps G. et L. sic: διὰ τὸ κνήθειν. καὶ γὰρ ἡ ἀκαλήφη παρὰ τὸ κάλφεσθαι, ἔστι δὲ καὶ etc. ubi vulgo pessime erat ὄρνεον pro ζῶον, de quo vitio monuit etiam Pierson ad Moerin p. 67. Sed calamarii nomen inepte auctor Scholii accommodavit urticae marinae; (ex genere Medusarum Linnaei) sepia enim vel potius loligo calamarium dicitur a graecis recentioribus. v. 202. Ἐν ποίσει ἐτῷ Goett. Deinceps

sepe vulgatum τότῳ ante λόγῳ mutavi in ἑνῷ. v. 204. Vulgatum φύζαν correxi. — v. 206. Malim τὸ ἐπιπολάζον.

v. 207. Ἄχθος ἀμύνοις G. De meo correxi vulgatum ἀποδιώξοιο et διώξοις. Altero loco G. etiam ἀποδιώξοις et ἀπαμύνοις. Ante τοξευμάτων G. omittit τοῖς. Verba ἢ διότι — τοῦ... ut inutilem repetitionem praecedentium inclusi. Postea καλεῖται ὑπό τ. σκυθικόν G. v. 213. Vulgatum περὶ τὴν μοῖραν correxi ex G. v. 215. Verbum ἀχθόμενος vulgo post ὁρμητικῶς positum, retraxi ante βοῷ, auctore Goett. Deinde vulgo ὁποῖα τις Edd. cum Codice G. sed Gorraeus male dedit ἥτις Φώς. Postea vulgatum ἀποτυμονδαῖα correxi ex Lorr. Locum Homericum ex utroque Codice supplevi. Vulgo erat Φθεγγόμενος — τοῦ γε κακά. v. 217. Ὁ νεωκόρος Lorr. v. 218. Ἐπειδὴ δὲ ἀντὶ τοῦ ἀνάγκῃ τοῦ μηνὸς ἤγουν τῆς σελήνης. τότε γάρ etc. G. et Lorr. v. 221. Μετὰ ὀργῆς dedi pro vulgato μετὰ Φυγῆς. In G. et Lorr. est μετ' ὀργῆς. v. 223. Vulgo insertum δὲ post διὰ omisi cum G. Ex eodem dedi μηδὲ θέλοντι pro καὶ μὴ θέλ. v. 225. Χράζοντι vulgatum ex utroque Cod. correxi. v. 226. Ὄχλον G. v. 230. Verba ἢ τὰ ἄνθη uterque Codex addidit. κατὰ post περὶ ut inutile inclusi. Deinde ἀκάνθας ἐμβάλλων G. Post λευκώσας, additum vulgo ἴσθι omisi cum G. v. 232. Vulgatum ἐπιβαλόντως ex utroque libro emendavi. v. 234. Vulgo γένη μήλων. Mecum G. qui deinceps εἴδη βοτανῶν. Sed struthium herba huc non pertinet. v. 239. Ῥοδέοισι τοῖς ῥοδίοις G. Postea idem θυόεν τοῖς ῥόδοις ἔλαιον τὸ ῥόδινον λέγεται. Vulgo est: θυόν, ἐν τοῖς ῥόδοις. Sequentia ipse constitui. Vulgo erat: οὕτω δοκιμάζουσι τὰ ἀλεξιφάρμακα, μέρος — εὐθὺς προτάττονται ἀπὸ τοῦ φαρμάκου· ὅταν δὲ τὸ φάρμακον — ἐν τῇ καρδίᾳ. In principio G. δοκιμάζουσι δὲ αἱ τὸ οὕτως Τερραῖοι μέρος; reliqua correxi ex Goett. v. 248. Vulgatum σίσαφος — σίσαφῶσαι ex utroque Codice quominus

nus equigerem, impedit locus Scholiorum Apollonii in notis ad poetam laudatus. Codex φέρβων — ἀσφῦναι habet.

v. 249. Vulgo erat: ἕτεροι ἐφήμερον, διὰ τὸ ἕωθεν ἀναθάλλειν κατὰ τὸν Θύνατόν ποταμὸν ἢ τὴν Κάλχιδα· τῇ γὰρ μεσημβρίᾳ τελειοῦσθαι, πρὸς ἑσπέραν δὲ μύεσθαι. — αὐτὸ τὸ ἐφήμερον. ἐν μιᾷ τῇ ἡμέρᾳ, quae ex G. et L. correxi. In sequentibus etiam vulgatum ἐσθίων et καταξέντας correxi de meo. Deinceps malim ποιοῦσι καὶ αἱ περὶ — προσαγωγή. v. 252. Vulgo καλυπτομένη. v. 255. Vulgo κατασταθέντος. v. 260. Vulgo τῶν καρπῶν. Deinceps G. διαφέρειν γὰρ φησὶ δρῦν καὶ φηγόν. unde malim διαφέρειν γάρ φασι δρῦν καὶ φηγόν. Postea vulgo ἄλλο γὰρ δρῦς καὶ ἄλλο — ἄλλο. v. 266. Vulgo erat: τοῦ δὲ ἀμπελόεις αὐτὰ καὶ τὸ ἄλλο, ὁμοφωνοῦν τῇ λέξει. αἱ ἀμπελόεις etc. v. 269. Vulgo erat χαλυβδαίνει. Nobiscum G. et L. Ex Lorr. vulgatum ἀμφότερα etiam correxi, deinde ἀφελεῖσθαι, et γυμνάσιαις; postea inserui verba δέρμα λιπαρόν. v. 271. Vulgo πόλις Ποντική. v. 273. Αὐτὰ τὰ πῦρ. Ita Lorr. Vulgo αὐτοῦ. Sed Scholia h. l. sunt ineptissima.

v. 279. Δηλήμερον ex G. correxi. v. 280. Vulgo οὐδὲ ἀκοῦ. v. 282. Vulgatum ἀπτάζεται ex G. correxi. v. 282. Vulgatum ἤτοι βασιλικόν — τὸ μὲν φάρμακον — ἐμπεπλήσασι ἐσθίει αὐτήν. τὸ παρασκευάζειν δίκην. δὲ ἰξοῦ. correxi ex G. partim etiam ex Lorr. v. 287. Forte ex Codice ita legi debet δεδίασι φαντασίας βροντῶν ἢ ἤχων θαλασσίων. v. 292. Vulgo λύμματα — βοηθημάτων ἡμεῖν. Deinceps G. διεφθαρμένον. v. 293. Vulgo ἔχειν ὁμοίαν. G. ἔχειν ὅμοια. L. etiam ὅμοια, unde apparet excidisse λύματα. Interim ὁμοίας scripsi. Deinde vulgo φυσοειδῆ. v. 295. Vulgatum φύσσας correxi, quia praecessit φυσοειδῆ. v. 298. Vulgo τῷ μὲν καὶ τούτῳ τὸ ἄλγος. G. τῷ μὲν τούτῳ πεπωκότι. Lorr. τῷ μὲν τούτῳ τῷ πεπωκότι. Verba ἐμφάσας respiciunt fragmentum aliquod Nicandri perditum. Deinde

inde vulgo κνίειν. [illegible] Correxi ex G. et L. v. 305. Vulgo τὸ αἴδος. v. 308. Vulgo [illegible]. Deinde pro μασχάλου G. [illegible] habet et [illegible], sed idem postea [illegible] μασχάλου, φησί, [illegible] τῆς ῥίζης. v. 310. Ἐστι γὰρ νευρωδέστερον. Ita G. et L. Vulgo [illegible]. G. pro γὰρ habet δέ. Aristoteles H. A. 3. c. 6. et 19. de Part. II. 4. taurinum sanguinem παχύτατον, μελανώτατον καὶ ἰνωδέστατον dixit, ideoque celerrime coagulari. v. 316. Vulgo brevius erat φράσσονται οἱ πόροι τῶν πνοῶν. τὸ δὲ πνεῦμα θλιβόμενον [illegible] Integrius scholion dedi ex G. v. 319. Vulgatum ἐρινεὸς — διὰ τὸ ἐρίζειν [illegible] τῷ πλησίον φυτῷ. correxi et auxi ex G. cum quo consentit Codex laudatus a Bodaeo ad Theophrasti H. P. p. 144. v. 320. Ὕδασι συγκέρασον Lorr. Deinde vulgatum ὡς ἑτέρου βοηθήματος ex G. et L. correxi. v. 322. Verba καταχθέα ῥύμματα γαστρὸς nescio alterius poetae an varietas lectionis vulgaris sint habenda. v. 323. Vulgo πυετίαν — μίξον ἐν οἴνῳ καὶ δὸς πιεῖν. Correxi ex G. v. 328. Ex eodem et Lorr. vulgatum ἀδευκέα correxi. v. 333. Vulgatum καταρμόξαιο correxi ex G. et Edd. antiquis. καταμύξαιο Lorr. Deinde vulgo post βάτου legitur: τούτου δέ. Correxi ex G.

v. 335. Vulgo φαλαγγίῳ ἤ. Recte G. v. 337. Vulgo εὕρων περικρότησις. In G. est περικράτησις, suprascripto παρακράτησις. — Postea vulgo δέρματος αὐτοῦ. v. 341. Vulgo pessime legitur περιπολεύονται. Ὀρωρὸ. τρία δὲ γένη. Emendavi ex G. et L. v. 342. Vulgo δυνερρυηκέναι. v. 345. Vulgo erat: ἐσχατίῃσιν ὅταν γράφεται, ὁπότε θῆρα δαμαζόμενοι ἐκτείνονται, τουτέστιν, ὅτε ἐκτείνονται καὶ ῥιζοῦνται τοὺς τῶν θηρῶν τόπους, οἷον [illegible] ὄρος νομαζόμενοι καὶ βοσκόμενοι. καὶ δὲ ἐσχατιῇσιν ὄρων. [illegible] φασιν· ὅταν, φησίν, ἐν καιρῷ etc. In Scholio G. quod addidi, καιρῷ dedi ex conjectura. Codex praeter primam literam α nihil habet hujus

vocis;

νοεῖς, videtur etiam [illegible] addendum. v. 349. Vulgo εὐκραδίης. Sed Edd. antiquae cum G. faciunt. Et postea vulgatum εὐκραδίης [illegible] — δὲ οὕτως ὁ αὐτὸς correxi. Sed etiam Lorr. [illegible] habet. Denique vulgo τῆς ἀπὸ ξηρῶν [illegible]. In G. est etiam τοῖς δὲ γράφεται καὶ [illegible]. Abhinc vulgatum [illegible] — τὴν τροφώδη περὶ correxi ex G. et Lorr. v. 351. Pessime vulgo: [illegible] διὰ τὸ τῶν σύκων πόμα, Recte G. et L. v. 352. Vulgo [illegible] — ἀγγεῖον. Correxit G. et L. v. 356. Verbum [illegible] forte ortum ex lectione [illegible]. v. 358. Vulgo Scholion sic incipit: [illegible] ἐξ ὑφάνων βράσσει ἢ [illegible]. Sequens ταράσσει (verbi βράσσει glossam) omittit Lorr. v. 360. Θερμὸν omittit Goett. Postea vulgo: [illegible] καὶ [illegible]. Correxi ex G. et L.

v. 369. Vulgo ἤ τι τοιοῦτον. Correxi ex G. v. 373. Vulgo ὅπως ἡ πίτυα διαλύει. In G. etiam est ἐπιτάσεως. γράφεται θαύματος addidit Scholiastes recentior. v. 374. Verba de Mentha omisit G.

v. 382. Goett. μέντοι ἀλλήλοις. Deinceps vulgo παρακολουθοῦσι. v. 387. Vulgo εὐτροφῶν. v. 389. Vulgo βοήθημα, χυλὸν λέγει. G. β. λέγει χυλὸν πλισσάνης. v. 393. Vulgo καλχαίνειν δέ. v. 396. Vulgo bis ὄσπρεια. Deinde vulgo ἄπεστιν — ἔσεται. Goett. δὴ ἔσσεται.

v. 398. Φεραῖς Goett. Vulgo Φεββαῖς. Deinceps vulgo τούτου δὲ τὸ ποτόν. Postea ante σιαγονάς ex G. addidi μέν. v. 407. Εὐχροίας. Ita G. pro χροιᾶς. Idem τούτω δὲ λέγεται τὴν Ἀφροδίτην. v. 412. G. [illegible]. Ex eodem vulgatum βάπτεσθαι — ἐπὶ τὴν κεφαλὴν correxi.

v. 415. Vulgo τὰ [illegible]. v. 419. Vulgo [illegible] — τόν τε [illegible] καὶ τοὺς [illegible]. v. 424. Vulgo ὥσπερ ὁ [illegible] — [illegible]. Quae omnia vitia correxi ex G. v. 426. Ἐμπλάσαι vulgatum de [illegible], βρέχαι ex G. cor-

G. correxi. Deinceps vulgo ἀμβλυμένη — πηθυλλίδες quae correxi ex G.

v. 433. In Codice erat Εὐφαρίδης. — v. 435. Vulgo καὶ ἀεὶ ὅτ' ἄν — ἐμπίμπραντα. v. 448. In loco Phocylidis G. habet μυριότητα κατ' ἄνθεα. In vulgatis Phocylidis libris verf. 159. feqq. legitur recte μυριότρητα. fed male etiam κατ' ἄνθεα. Brunck ex Codice aliquo edidit ἠεροφοῖτις. Urfinus ad Virgilii Eclog. IV. 30. verfus hos cum varietate hac pofuit: ἢ κοίλης πέτρης κατὰ χηραμὸν — σμήνεσι μυριόμορφα κατ' ἄνθεα. Quas lectiones ex Manufcripto Codice Scholiorum Nicandri ductas effe fufpicabatur Ruhnken Epift. Critica I p. 89. ed. fec. fed funt ex ingenio Urfini profectae. Recte ceterum Ruhnken l. c. emendavit vulgatum ἄνθεα, qui comparavit etiam Meleagri πολυτρήτοιο νεόρρυτα κάλλεα κηροῦ et Luciani in Epigr. ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις. v. 450. Vulgo ὄμπνα — καὶ πυρῷ. Καλλίμαχος, ἐν δὲ θεοῖσι φλεγὶ καιέμεν. quae correxi ex Goett. libro. Recte tamen alter Scholiaftes in Aldina habet πυροί. v. 451. Goett. ψυκτὰ εἶναι. v. 452. Locus hic vulgo fic legitur, ut fententia quidem exiftat fere eadem, fed verbis minus integris, peffimoque ordine. Quare ex libro G. fubftitui Scholion. Ita vero vulgo: τοῦ στόματος φησὶ μεμυκότος βιάζειν διανοίγειν αὐτὸ, διοχλίζων τὸν κυνόδοντα, καὶ ἰρινέου μᾶλλον βαθὺν κορέσκιον ἔλκοιο, ἀντὶ τοῦ ἕλκε τὸν ἰὸν μετὰ τοῦ ἐρίου τὸ ῥόδινον ἔλαιον ἐπιβάλλων. εὔτριχι λίνῳ. τῷ ἁπαλῷ καὶ εὔτριχι ἐρίῳ. Ἄλλως. καὶ εἰ μύουσιν οἱ πάσχοντες, τοὺς συμμεμυκότας χαλινοὺς αὐτῶν ἀνοίγειν, ἐνθλίβοις τῷ ἐρίῳ βοηθείας χάριν. ἐνθλίβοις δὲ ἀντὶ τοῦ πιέζοις. v. 458. Κῶμον καλοῦσιν. Puto κῶμα fuiffe, de cujus vocis fignificatione medica vide Gorraei Definitiones. v. 462. Vulgo τῷ συντεθραμμένον δέρμα. Deinceps verba τὴν σάρκα αὐτοῦ ex G. addidi. Poftea pro λουτρῶν vulgo λυτρῶν.

v. 469. Male Ed. Gorr. λεπὶς αὐξίδα. Piscis αὐξὶς est apud Aristot. H. A. 6. 17. de thynni partu in Ponto: ἃς καλοῦσιν οἱ μὲν κορδύλας, Βυζάντιοι δὲ αὐξίδας, διὰ τὸ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις αὔξεσθαι. v. 476. Vulgo περὶ ante τὰ σφυρὰ deest. Deinde legitur γίγνονται. v. 483. Τῶν μέν. Ita etiam Codex: etsi legendum est τῷ μέν. Postea G. εἴρηκα δὲ καὶ φοινήεσσαν. v. 490. Vulgo καὶ ὅσα τὰ σκληρά. et paulo antea καλοῦσι pro καλύπτρῃ. Postea G. τῇ ἐρυθροὺς κόκκους ἐχούσῃ τῇ ἀραχνώδει. Post μοῦστον vulgo est ἌΑλως. κυρτὶς. Deinde ὑλιστήριον et ὑλίστριον om. G. Cetera sic habet G. τριπτὴρ δέ ἐστι κατασκεύασμα πρὸς πισμὸν εὔθετον. Ἄλλως. κυρτὶς κατασκεύασμά τι ἐν ᾧ τὰς σταφυλὰς θλίβουσι. λέγει δὲ σταφ. et reliqua.

v. 495. Γίγνεται ὁ οἶστρος. Inepta quidem haec et falsa, sed arguunt tamen, quod hodiernis experimentis constat, plura insecta insectorumque inprimis aquaticorum larvas easdem fere noxas cum aqua ingestas inferre et homini et animalibus. Inde multa mala a potu hirudinis derivantur, quae larvis insectorum aquaticorum debentur, quod in Itinerario Bavarico Schranck, et de Italia vernaculus scriptor nescio quis prodidit. v. 501. Σχῇ. Ita G. Vulgo ἴσχει. v. 516. Vulgatum θερμαίνοντι correxi de meo. v. 518. Verba ἄλα — ἐκμέταλλον om. G.† Idem deinde βρόμον. Neutrum intelligo. Postea vulgo φύσωσι — ἐφώλευεν — πετόμενα. Recte G. ex quo ubique vulgatum ζύμωνα correxi. v. 522. Ἀνοιδοῦσιν ἐν γαστρί. Vulgo male ἀναδιδοῦσιν. v. 527. Vulgo ἀσφάραγον, quod ipse correxi. Deinceps ῥάφανον malim. v. 528. Vulgo κλάδους. v. 530. Vulgo πυρίτιδα — βοτάνην — καλουμένην. v. 533. Vulgo σινάπεως. v. 535. Δεῖ πίνειν τὰ αὐτὰ G. v. 536. Λέγει addidi ex G. μὲν ante οὖν omisi. Postea vulgo κατάσχοιο, G. κατάσχῃς. Vocem ὅλην om. G. An fuit ὀλοήν?

v. 544.

v. 544. Ἐργασία. Ita Cod. pro ἐργασίας deinde πυρευομένης — σκεδαννυζούσης habet. Postea σύντηξιν pro σύνταξιν dedit. v. 548. Κώνων εἶναι. In Codice erat κλώνων, ἐστίν. quod correxi, ut saepius deinceps κώνους reposui, ubi Codex et Editiones vel κλῶνας vel κλῶν habebant scriptum. Reliqua ex Codice supplevi et fideliter ejus scripturam repraesentavi, meliorem ubique, ut puto, vulgata. v. 555. Ubi de galbano traditur, rectius multo Codex πανάκων quam Editus πλατάνων. Scilicet galbanum succus est ex radice ferulae alicujus in Amano Syriae monte crescentis destillans. Ex simili ferula, quam Graeci πάνακας ἡράκλειον vocant, succus destillat opopanax dictus. Propter similitudinem utriusque plantae Scholii auctor galbanum etiam succum πανάκων dixit. Vide Diosc. III. 55. et 97. v. 557. Ἀντίλυτρον recte G. pro ἀντὶ λύρας. Conr. Gesner de Quadrup. ovip. p. 96. vulgatam vitiosam videns corrigebat ἀντὶ λύτρου. Eandem lyrae etymologiam cum Scholiis nostris posuit Etymol. in voce λύτρον. et Schol. Pindari ad Olymp. I. 26. Eustathius ad Odyss. Φ. ἐπειδὴ χελώνης ὄστρακον μέγα τῆχεως περιθέσει καὶ χορδῶν ἐντανύσει λύραν ἀπήρτισεν Ἑρμῆς, ἣν καὶ Ἀπόλλωνι ἐχαρίσατο εἰς λύτρον ἀνθ' ὧν ἔκλεψεν ἐκείνου βοῶν. Testudinem in monte Cyllene repertam in lyrae formam redegisse et septem chordis intendisse tradit Hyginus Astrom. c. 7. p. 439. Montem Arcadiae Chelydoream posuit Pausanias p. 483. v. 559. Duas interpretationes affert Schol. quarum neutra cum vulgata lectione convenit. Prior arguit olim lectum fuisse: κυϊσηνέμου. unde conceptum ex vento effinxit Schol. Recte monuit hoc Gesner l. c. p. 100. Altera lectio aeque inepta fuit: κυτινηνέμου vel κυτινονόμου. Quid enim flores vel fructus punicae ad testudinem terrestrem? v. 563. In verbis πράσων ἢ ῥίζας, ἢ ῥίγγου vitium adhuc latere videtur. Ex codice dedi ἢ ῥύγγου. sed et id vitiosum est; et antecedens πράσων. Deinde lege σκαμμωνιακὸν vel σκαμμώνιον.

Postea vulgatum κορέσσοις — θανάτῳ correxi de meo. De gyrinis multa Eustath. ad Odyss. T. III. p. 1864. ubi male ex Pausania rhetore γερῖνοι vocantur. Attice γυρίνους dixit Plato in Theaeteto p. 131. ed. Fischeri, et Aelianus I. 58. qui tamen male posuit pro ipsis ranis. Vide Alberti ad Hesychii glossam, qui de loco Suidae in Φρῦνος recte admonuit. v. 567. Ex mala interpretatione vocabuli θερόαις et θερειομένου Scholia ineptam ranarum distinctionem in aestivales et hibernas effinxerunt. Aeque inepta est φρύνου interpretatio, veluti φώνοιο, φωνητικοῦ dicti. Scilicet perturbatum verborum ordinem in vulgatis libris non animadverterunt antiqui Interpretes; inde difficultatem, quae ex neglecta rubetarum et ranarum differentia et turbata a librariis notitiae Nicandri serie orta est, explicare non potuerunt.

v. 570. Λαχειδέος. Editus hoc vocabulum non habet antepositum notae. Vulgatum λαχειδέος interpretantur Scholia δασέος; Codex praeterea posuit alteram ἐλαχειδέος, quam interpretatur μικροῦ; quasi esset ab ἐλαχὺς, ἐλάχεια; tertia Tzetzae ratio multo ineptissima est; quasi λαχειδέος dicatur pro λαχανειδέος, i. e. oleri similis, seu viridis. Lectionis λεχειδέος Scholia non meminerunt. v. 578. Κέρβερος. Contra Hesychius: λάλαγες χλωροὶ βάτραχοι περὶ τὰς λίμνας, οὓς ἔνιοι Κεμβέρους· οἱ δὲ ὀρνέου εἶδός φασι. Idem λάσαγγας eodem sensu annotavit. Videtur ex h. l. Κερβέρους legendum esse. Parvas et virides ranas βρέξαντας nominari monet Galenus Med. Fac. X. 5. Apollodori ita meminit Editus: τόποις· καὶ A. δὲ φησὶ τὴν. Secutus sum Cod. G. Malim tamen: τὴν πόσιν δὲ αὐτὴν ἀπὸ οἴνου δ. Codex male πίσαν habet; et vocabulum χλωρὰς post βοτάνης omittit. Βρωθεὶς ὀπός. Voluitne ὠμὸς dicere? Alias inepta haec sunt verba et a sententia aliena. Ἀγόνους φησί. Pro his Editus brevius: οἱονεὶ γὰρ διαλυομένου τοῦ σώματος, ῥοώδες γ. — Χολαῖς ὑγραίνει quasi legisset χολῇ vel χολῆς. Ceterum in

Codice

Codice Scholia anteponunt ἄλλοτε δ' ὑγρανθέν, cum textus habeat ἄλλοτε δ' ὑγρ. Διθύρῳ ἐνθέντι. An voluit διαπύρῳ ἐνθέντα vel ἐνταθέντα? Codex a prima manu ita: πίθον φησὶ θάλψαντα ξηρᾷ χρῆσθαι πυρ. Voluit πυρίᾳ.

Cyperi maris et feminae differentiam duxisse videtur Schol. ex poetae cyperide et cypero. Geminum cyperum habet etiam Plinius 21. f. 69. et 70. cyperum seu juncum triangulum, et cyperum seu gladiolum. Ponit etiam nomen cyperi. Cyperi radicem oblongam, olivae nigrae similem, cyperida vocari ait. Radicem adversus serpentium ictus et scorpionum praesenti remedio esse affirmat. Cf. Dioscorides l. 4. Idem in Alexiph. et Parabil. calami radicem et cyperi cum vino propinat simpliciter. Eutecnius: ταῖς κυπερίσι κέχρησο, sententia dubia. Dioscorides l. 4. nomen radicis non edit, Plinius igitur aliunde *cyperida* addidit. Cur φιλόζωος appelletur, rectius explicabis ex Theophr. H. P. 4. 11. ἀφίησι δὲ καὶ εἰς βάθος τὸν αὐτὸν τρόπον ῥίζας, διὸ καὶ πάντων μάλιστα δυσώλεθρον, καὶ ἔργον ἐξελεῖν. In Anatolio legitur p. 297. κόραξ νοσῶν κυπειρίδας ἐσθίει. quod Rentdorf ex Plinio vertit cyperi radices. Schol. Theocriti ad I. 106. cyperum monet a quibusdam haberi pro butomo. Hesychius: ἐλειόριζον, κύπειρος. v. 594. Ἢ πισσίου. Forte fuit πίσου. aut πτισάνης. Nam cum faba candida ac ptisana coquitur etiam, dum purgatur argenti spuma, auctore Plinio 33. f. 35. Alii scriptores tacent de ratione insidiarum ex hoc veneno parandarum. Γίγνεται δὲ φησίν. Haec sunt vitiosa; exciderunt sine dubio verba aliquot ante φασίν, ita enim est legendum, deinceps οἱ δὲ Ποσειδῶνι. De victo ab Hercule Sini nota omnia, et de origine ludorum Isthmicorum. — Ὅ τινες πήγανον. Cum ruta nemo comparavit, sed cum sesamo. Latine irionem vocarunt. Νεοανθῆ. Ita G. pro νεοθαλῆ. Deinceps vulgo κύτινον δέ.

v. 611. Vulgo περὶ Αἰτωλῶν — κολέφουρα bis. Prius vitium ex codice; alterum certatim a viris doctis fuit correctum. In loco Callimachi vulgo erat: τῶν ἀεὶ τετρύφαται λοφίην. Sed Goett. τετρίφαται λοφιαὶ, Scaliger corrigebat λοφιῇ monente Gronov. ad Aeliani H. A. 9. 27. Verum vidit Bentley ad Callimach. p. 523. Λόφουρα sunt Aristoteli H. A. l. c. 6. et 13. et 16. et 2. c. 1. animalia quorum cauda est setosa. Locus Theophrasti est in H. P. 3. 16. Ex Dioscoride 4. 80. Plinius 16. c. 10. pessime ad fraxinum retulit, similitudine vocabulorum σμῖλος et μελία falsus. Vide et Plutarchi Q. Sympos. 3. 1. In Ida monte raram, in Macedonia et Arcadia frequentem esse taxum ait Theophrastus l. c. — Postea vulgo ἀκροτάτη pro ἀκρατεστέρα. — denique ἰάσατο.

v. 622. Ἀνθεῖν τοῦτόν φησι. Malim ἀνθεῖ. τοῦτον φησι τὸν καρπὸν etc. Εὐαλθὲς. Aldina secunda εὐαλδὲς; Goett. libri Scholiastes recentior: εὐαλδὲς τὸ εὐαυξές.

ALEXI-

ALEXIPHARMACORUM

INTERPRETATIO LATINA.

NICANDRI ALEXIPHARMACA,

SEU

DE VENENIS IN CIBO VEL POTU DATIS EORUMQUE REMEDIIS,

EX GRAECO LATINA PARAPHRASI CONVERSA AB EDITORE.

(Lunulis inclusa verba interpretationis causa addita esse, uncis hujusmodi [ ] inclusa varietatem lectionis graecae significare, denique signo interrogationis notata, et separata a reliquis vocabula conjecturam Editoris indicare aut emendationem, meminisse oportet Lectorem.)

Quanquam ii, quibus orti sumus uterque, Protagora, Asiae populi vicinas sibi urbes invicem non habitant, sed longinqua eas spatia separant, lubet tamen enarrare tibi remedia potuum venenatorum, qui hominem assumti interimunt. Nempe tu versus septentrionalem polum (*aliter*: sub Arcti montis umbilico) juxta mare habitas, ubi Rheae Lobrinae thalami et loca Attis orgiis sacrata visuntur; ego vero continentis terrae regionem fertilissimam incolo, quam filii Creusae sortiti sunt, assidentes (*vulgo* assidens) tripodi Apollinis Clarii. (juxta Clarii Apollinis oraculum.)

(Vers. 12.) Primum igitur nosce aconitum biliosum, quod ripae Acherontis juxta speciem ad Plutonis regna patentem et oppidi Priolai ruinas procreant. Haec quidem potio fellis amaritudine labia cum palato et gingivis paulum adstringit, in primo pectore haerens ventriculi os lacessit malis singultibus gravatum et morsiunculis, ita ut semper pateat sum-

ma ventriculi pars, quam cardian, alii stomachum vocare solent; porta autem (pylorus) quae vocatur, ipsi intestinorum initio apposita, omnem cibum a ventriculo acceptum illuc transmittit; semper ex oculis sudor humidus destillat; ventriculus turbatus ventorum quidem multitudinem emittit, (supra,) alii vero infra medio fere umbilico innituntur; sequitur gravitas infesta capiti, venarum temporalium palpitatio crebra; visa omnia oculis apparent gemina, velut eorum, qui vino mero per noctem inebriant sese. (Vers. 30.) Sicut enim Sileni, Bacchi cornuti educatores, cum uvam agrestem expressernnt, mustique spumantis poculis largius se incitarunt, primum quidem oculi vertiginem patiuntur, deinde vero mente abalienati pedibus titubantibus montem Nysae pererrant; ita caligant etiam hi propter gravem veneni noxam, quod quidam myoctonum vocant, quoniam murium genus ligurientium interimit; alii vero pardalianches appellant, quia pastores armentorum et caprarum in montis Idae vertice Phalacraeo immanibus bestiis per silvas grassantibus exitium struere solent objecto aconito, quod quidam thelyphonum et cammarum nominant, procul in rupibus Aconaeis natum. (Vers. 43.) Remedio erit calcis vivae quantum manu comprehendere possis cum cotyla vini fulvi, mistum et potum; aut abrotoni caules ex frutice resecti, et viridis prasii, (marrubii) quod meliphyllum vocant, et sempervirentis herbosaeque chamelaeae germen cum ruta ex oxymelle pota; lapidem etiam nigrum (alii ferrum ignitum) forcipe arreptum exstingue, aut ferri seorsum in fornacibus ferrariis igne separatam, aut argenti aurive massam candentem mixturae (oxymellis? alii mel aut vinum nominant) immersam exstingue; (eumque potum aegro propina;) saepe etiam prodest dimidius puganus foliorum chamaepityos, aut siccus onitidis (origani) montanae (silvestris) aut recens polyonemi ramusculus quatuor vini dulcis cyathis commixtus et potus; licebit etiam adhibere jus merum ex carnibus bene discoctis et in medullam liquatis gallinae cohortalis aut juvenci

pinguis;

pinguis; (verſ. 64.) bene facit etiam opobalſamum cum lacte mulieris aut aqua potum, poſteaquam ſcilicet cibum (venenum ventriculo ingeſtum) nondum in corpus digeſtum vomitu reddideris. Interdum juvat coagulum leporis aut hinnuli (capreae) cum vino miſtum; item radices mori purpureae in mortario ligneo contunde una cum vino et ſuccum melli incoctum propina, ita enim malo ingraveſcenti occurres hominemque ſervabis, ut firmis pedibus rurſus conſiſtere atque incedere poſſit.

Verſ. 74. Diſce nunc infeſtum ceruſſae poculo immiſtae venenum, quod colore refert lactis pinguis vere recens mulſi atque in mulctra ſpumantis ſpeciem. Hujus ſpuma adſtringens ſupra maxillas (palato) gingivisque dentium rugoſis impacta haeret; linguae tractus exaſperatur et faucium extremae anguſtiae ſubareſcunt; ſingultum ſicca comitatur tuſſis; mala enim eſt illa (illius) gravitas; [capitis gravitas, ſeu ſopor] aeger nauſeabundus exitioſis affligitur laboribus; ſaepe oculis errore ſpecies aliena objicitur, modo ſomniculoſi corpus refrigeratur, membra torpent, malumque ſuperat hominem; cui tu ſtatim propina ſuccum oleae premadiae vel orchadis vel myrteae, ut alvus lubricata malum medicamentum effuſum reddat; aut lac novum praebe, ablata prius pellicula lactis pingui; aut malvae caules vel folia diſcoque ejusque ſucco lento miſerum exple; ſaepe ſeſama cum vino trita porrige; aut ſarmentorum cineres aqua calida perfuſos et percolatos ſporta nova, quae faeces retineat; dura etiam perſicorum oſſa cum oleo albo contuſa malo occurrent; (Verſ. 100.) Perſicum arborem, quae fert perſica haec, primus Perſeus dono acceptam a Cepheo, poſteaquam abſciſſo Meduſae capite terram ejus reliquerat, in agro Mycenaeo plantavit ſub radice collis Melanthidis, ubi fungus gladii (clauſtrum extremae vaginae, a quo graecum Mycenarum nomen derivat poeta) Perſeo exciderat, et Nympha Langeam fontem Jovis filio (Perſeo) indicavit, item lacrimam thuriferae arboris Gerrhaeae circum

circum ramos concretam colliquato cum hordeo tosto; (cremore ptisanae) aut gummi nucis (amygdalae) vel pruni vel ulmi, ubi plurimum in ramis collectum concrescit, tepido potu (aqua) solve pro remedio adhibendum, ut venenum partim vomitus rejiciat; partim vero corporis calido balneo excocti sudor expurget, interdum etiam cibis saturatus, alius pingui vino ingesto mortem inhonestam effugiet.

(Vers. 115.) Cave etiam poculum cantharidis frumentorum pestis, quod liquidae picis odorem gravem naribus bibentis objicit; labiis vero (linguae) gustum fructuum cedri commanducatorum inducit. Haec scilicet cum humore aliquo pota labiorum morsitationes, et ventriculi oris extremi excitat; modo etiam medius ventriculus doloribus vellicatur, aut vesica urinaria arrosa; pectus undique urgent dolores eo in loco, ubi cartilago (xiphoidea) supra ventriculi vas posita est; ipsi indignatione excandescunt, atque animo defecti in errorem prolabuntur et sine salutis spe malo cedunt; (Vers. 125.) sicuti florum pappi vento excussi per aerem volitant aurisque colludunt, (ita scilicet illi statu mentis dejecti aberrant.) His dare oportet pulejum cum aqua fluviatili cyceonis (cinni) instar mixtum; quo potu olim Ceres in urbe Hippothoontis (Eleusine) jocis Jambae Thraciae exhilarata sitim restinxit; aut pingue jus suilli vel agnini caprinive capitis (cerebelli) aut anseris cum semine lini discoctorum propina eo usque, donec cibum infestum nondum in intestina digestum vomitu rejecerint; interdum clystere lac ovillum recens immitte ventrisque sordes universas expurga; lac etiam pingue potum miseris succurret; licebit praeterea vitis cauliculos recentes cum foliis tusos passoque mixtos, aut scorpiuri radicem aculeo scorpionis similem, ex sicca terra desectam, et cum melle mixtam dare; scorpiurus autem herba sublimi sed gracili surgit caule, veluti molothurus; (asphodelus?) item sume quatuor drachmas terrae Partheniae, (Samiae) quam Phyllis sub collibus telluris nivosae Imbrasiae profert, quamque aries juxta juncosas

ripas

ripas Cercetii (montis) gelidi nymphis Chesiensibus indicavit; aut geminum (pondere, mensura) potum sapae para; simul etiam rutae cauliculos tusos atque unctos oleo rosaceo vel liliaceo exhibe, atque ita morbo medeberis.

(Versu 157 seqq.) Si quis imprudens infestum coriandri exitiosi poculum assumserit, is amens stupidusque popularia (nugas, verba probrosa) deblaterat, et mentis oestro perecitus Baccharum instar alta (rauca) voce exclamat; cui dare oportet poculum ex vite hedana plenum mero Pramnio, pro-uti prelo expressum defluxit; aut porrige calicem muria repletum; interdum in cibo praebe ova gallinarum sorbilia spumam maris (salem ex spuma maris factum) admiscens, inauspicatam velocis cepphi (fulicae) escam, quae scilicet vitae simul tutelam interitumque natanti affert, cum dolosi piscatores undas maris in spumae speciem affricant, ille vero captans cibum in manus praedonum incidit. (Vers. 171.) Ipsum etiam mare haustum in potu illi propina; mare inquam, quod una cum igne Neptunus ventis parere jussit; aequori enim imperant infesta flamina; similiter ignis cum aqua vim ventorum tremunt; contra mare iracundum imperium exercet in naves, nautas et piscatores, sylva autem inimicam ignis vim patitur ex eadem lege. Porro juvabit oleum commixtum vino, vel nivis potus cum passo, recens expresso ex uva hedana vel psithia, illo scilicet tempore quo gravem vitium fructum uvasque rugosas confertae populantur apes, vespae, tenthredones et montani bombycii, nec non dolosa vulpes.

(Versu 185 seqq.) Disce etiam cicutae gravem noxam, cujus potus capiti exitium noctisque affert tenebras atque oculorum vertiginem; pedes etiam vacillant, ita ut manibus irrepentes vias pererrent infecti; mala suffocatio extremas faucium angustias et gulae viam obsidet atque obstruit; extremi frigent artus; ipsae etiam venae quamvis robustae contrahuntur (concidunt) et aeger parum aerem (vitalem) curat (haurit, videt alii legunt) quasi animo defectus, animaque ejus Orcum spectat.

spectat. (Vers. 194.) Huic oleum abunde vel vinum merum propinare oportet, ut vomitu malam noxae materiam rejiciat, aut clystere alvum ducere; saepe etiam praebe vini non mixtum poculum, aut caules lauri Tempicae, quae prima Apollinis Delphici comas (caput) coronavit; [daucique addit vulgata lectio] aut peperi cum semine urticae tritum da, interdum nectar succo (Cyrenaico) misce, aut olei irini mensuram porrige et silphium cum oleo albo tritum, vel mulsae [vini mulsi, passi dulcis] potionem, vel lac spumans (recens) cum vase ad ignem paulatim calefactum.

(Vers. 207.) Toxici noxae exitiali statim occurrere oportet, cum primum quis mali poculi doloribus se grauatum senserit; hujus quidem lingua primum crassescit, (inflatur) et labra tumefacta in nimium pondus exerescunt; sequitur sputum siccum, et gingivae radicitus rumpuntur. Saepe malum in animum incumbit totumque furore turbat atque abalienat, adeo ut miser exclamet (graece est caprae vocem imitetur) et multa futilia deblateret; saepe prae doloribus clamat veluti cui caput ense ablatum est, aut sicuti Rheae aeditua mysticum craterem ferens et per plateas excurrens nona [vigesima] luna horrendis ululatibus omnia loca replet; ita ille furore percitus fugit, simulque torvum tuens, dentibus stridet spumamque ore emittit; (vers. 224.) hunc quidem bene vinctum leniter manibus diducto ore vino satiare oportet, donec vomitu mali caussam rejecerit; aut pullum anseris cohortalis in aqua discoctum; (jus anserini pulli cum aqua bene cocti) aut mali spinosae poma agrestia corio prius demto, vel hortensia verna, quibus ludere solent pueri, vel cydonia austera, primum in Cydonis Creticae fluviis (fluviorum ripis) nata; saepe etiam poma ipsa contusa cum pulegio recenti et bene odorato in aqua misce; item rosaceum oleum vel irinum lanae globo haustum ori aperto instilla; vel ita tamen innumera mala perpessus aeger vix demum recto talo insistet, attonitamque mentem oculis turbatis testabitur. (Vers. 244.) Hoc veneno Nomades

mades Gerraei et qui juxta Euphratem arva colunt cuſpides telorum imbuunt, unde vulnera immedicabilia naſcuntur; carnes enim liveſcentes ſubtus depaſcitur hydrops [hydrae venenum] et cutis tabo computreſcens rumpitur.

(Verſ. 249.) Si quis infeſtum Medeae Colchicae ignem, ephemerum, in potu acceperit, ſtatim labia intus intolerabilem ſentiunt pruritum, veluti ſi corpus ſucco albo fici vel urtica vel tunicato ſcillae capite contactum fuerit; quae quidem omnia corpori ruborem inducere ſolent cum ardore; ſtomacho (ori ventriculi) grave pondus inſidet, isque primum in ructus cietur, poſtea cruento vomitu a radicibus usque exulceratus malum (retrimentum) rejicit ſimile impuris carnium loturis, quas coqui effundere ſolent; ſimul etiam alvus tinctas (ſanguine) ſordes ejicit. (Verſ. 260.) Huic tu ſaepe dabis folia quercus, fagi aut ilicis cum ipſis glandibus contuſa; aut lac recens propinabis, quod diu in ore retineat; polygoni etiam caules vel radices cum lacte triti juvabunt; item capreoli vitiginei, vel rubi caules in aqua contuſi; quin tu etiam caſtaneam nucem terra Caſtanea ortam demto cortice ſpinoſo [brevi] nuda, ubi carnem intimam membrana ſicca includit; aut ferulae medullam exime, quae Promethea ignis furta celavit et nutriit; pariter ſerpylli vivacis folia una cum myrti fructibus auſteris conjice; aut corium mali punici cum myrti fructibus maceratum in potu exhibe aegro, ut medicina auſtera malum ſuperes.

(Verſ. 279.) Ne te porro ixiae ulophoni potus fallat; redolet is ocimum, et linguae tractum extremum aſperat et ſubtus inflammat; furor animum abalienat et linguam mordere cogit; plane enim ſtupet miſer; (cui venenum hoc impactum eſt) uterque etiam ventriculi canalis, qui cibum potumque egerere ſolebat, obſtruitur atque obcaecatur; flatusque iniquis ſpatiis concluſi intus tumultuantur et ſtrepunt veluti caeli ſudi (alii imbriferi interpretantur) tonitrua, aut maris undae rupibus illiſae. Vix demum miſero diu vexato anima (reſpiratio)

(respiratio) redit, et potiones medicatae statim effundunt ventris sordes ovis similes, qualia gallinae solent morbo conflictatae aut ictu aliquo laesae vixdum concepta et concreta in utriculo profundere immatura et sine testa. Huic vero auxiliabitur poculum austerum absinthii musto recenti dilutum; item resina terebinthi vel piceae vel pini tristis, quae Marsyae ab Apolline pino alligati atque excoriati fatum lugens adhucdum stridulis gemitibus valles montesque implet; large etiam praebendus est albi polii flos; aeque decerpendi humiles rutae caules, et nardus, et dandus fibrinus testiculus; aut oboli pondere laseris radix secta, aut succus ejus pari pondere praebendus; interdum etiam agresti [sicca] tragorigano aut recenti e mulctra caseo satiandus est aeger.

(Vers. 312.) Si quis imprudens (vel insanus) tauri sanguinem nigrum assumserit, saevis doloribus afflictus procidit; nam facile is et cito intra pectus in medio ventriculo cogitur et in grumos coit; gutturis via obstructa spiritus intra comprimitur, et miser convulsione corporis vexatus saepe in terra (jacens) palpitat et spumis os conspurcat; cui tu praebe caprifici grossos succo plenos acetoque confusos, hoc vero mixtis aquis dilue; aut gravidam sordibus alvum expurga; item coagulum damae vel capreae vel haedi vel leporis lineo sacco percolatum propina; aut nitri tres obolos bene triti et cum vino dulci misti; aut libram silphii et succi ejus brassicaeque semen aceto maceratum; denique dabis conyzae caules aut piper rubique germina trita, et facile coactum incides cruorem aut vasis inhaerentem elues.

(Vers. 335.) Nec te infestae buprestidis poculum lateat, sed haec veneni signa nosce. Gravem nitri odorem labiis contactis inducit, et dolores ventriculi os versant; urinae viae obcaecantur et vesica extrema substrepit, [gemit; palpitat] omnis venter inflatur, veluti cum tympanites hydrops colluvie medium occupat umbilicum, et totius corporis cutis tensa transparet. Hanc quidem pastores buprestin appellare solent,

solent, quoniam ea depasta juvenci vitulique inflantur; (verf. 347.) sed tu infecto propina poculum ex caricis et nectare mixtum, aut caricas contusas simul igne decoque, et sitientem potû dulci satura; interdum lac confunde cum palmae siccis fructibus; item poma sicca malorum silvestrium, hoc est achradis, bacchae et myrteae vino injice; alias aeger lac calidum ex ipso ubere ore extrahat, in modum infantis vel vituli; denique oleo tepido saturetur vel invitus, atque immissis gutturi digitis vel pinna vel papyro intorto malum evomere cogatur.

(Verf. 364.) Lac recens in ventriculo coagulatum hominem suffocatione strangulat; cui praebere oportet potionem ex duabus passi atque una aceti portione mixtam, alvumque adstrictam ducere; aut silphii radicem vel succum aceto intritum atque immixtum propina; saepe etiam admisce eluentem seu purgantem lixiviam* [incidentem cunilam] aut florentis thymi spicam; item juvat botrys (alii uvam, alii sarmentum vitis interpretantur) cum eucnemo (polycnemo) in vino macerata; coagulum etiam potum lactis grumos dissolvit; et menthae folia viridia cum melle, aut aceto macerata dabis.

(Verf. 376.) Age nunc cognosce dorycnium, cujus odor saporque gustati similis est lactis; infecti collum crebri singultus quassant, atque os ventriculi gravatum saepe cibos cruentos evomit, modo sordes intestina mucosas et mixtas reddunt, veluti dysenteria vexatorum; saevo cruciatu domitus aeger concidit, nec os siccum curat humectare; cui tu praebe lactis poculum, vel mixtum dulce vinum (lac alii interpretantur) et tepidum; juvant etiam carnes de pinguis gallinae pectore coctae in cibo, et jus seu succus (alii ptisanae succum interpretantur) large absorptus; item animalia quaecunque maris saxosi littora fucosa depascuntur, vel cruda vel cocta et in cibo sumta, praecipue tamen strombi, chalcae, coraphides, pinnae, echini, pectines, buccina et tethya in algis muscisque habitantia juvabunt comesta.

(Verf. 397.) Pharicum in potu datum difce guftu referre nardum, et gravem maxillis inferre dolorem, artuum vacillationem (paralyfin) et furorem inducere, facileque hominem quamvis robuftum una die interimere; cui tu praebe certum pondus bene florentis nardi thylacitidos (facci fpeciem gerentis) radicis, quam colles Cilices juxta flumen Ceftri educarunt; aut fmyrnium (olus atrum) bene tritum; aut irin liliique caput, (florem) cujus foliis mediis Venus irata fpeciem membri afinini inferuit, quod de pulcritudine cum ea contendere fuerat aufum lilium; faepe aegri caput capillis nuda adhibita novacula, idque farina hordeacea calefac, aut folia rutae, quam frequenter erucae depafcuntur, aceto macerata capiti impone.

(Verf. 415.) Ne quis imprudens hyofcyamum ventriculo inferat, quod faepe faciunt falfi fpecie male florentium caulium pueri, qui vixdum relictis cunis et pofita capitis coma fine adminiculatione nutricum recti infiftere pedibus didicerunt; fequitur enim gingivarum tumefactarum pruritus, qualem fentiunt, qui primum dentes fubnafcentes produnt infantes. Cui tu large puram lactis potionem exhibe; aut foenum graecum in cibum natum, quod filiquas corniculatas fub foliis profert, oleo maceratum; aut urticae femen ficcum; dabis etiam ipfam urticam crudam manducandam foliorumque fuccum exfugendum; nec non cichoria, nafturtium et noftrum et perficum, (alii perfeam, alii perficam nucem interpretantur) et finapin, et raphanum, et tenuia ceparum capita; juvat etiam capitulum fpicatum allii in potu datum.

(Verf. 433 feqq.) Potum ex papaveris, in capite femen ferentis, lacryma paratum fequitur fapor; artus extremi refrigerantur, oculi ftant immobiles et claufis palpebris connivent, fudor undique multus et foetidus ex corpore deftillat, pallet facies, labia tumefcunt, frena maxillae (inferioris) relaxantur, et parvus fpiritus isque frigidus per fauces aegre trahitur; faepe etiam nafi intorfio aut unguium livor, interdum

oculi

oculi cavi mortem denunciant. Quae quidem signa ne tu pertimesce, sed strenue curam aegri aggredere. Primum igitur eum tepido potu vini vel passi satia, interdum admisce mel Atticum, quod apes ex vituli cadavere natae primum in Hymettii nemoris cavis quercubus ex thymo et erica collectum Cereri condiderunt: aut oleum rosaceum vel irinum vel olivaceum lana susceptum ori effracto instilla; deinde soporem expelle plagis, inclamatione et corporis concussione torpentis, ut sumto venenum medicamine evomat. Postea membra frigida pannis oleo viridi (calido?) et vino imbutis confrica et calefac; denique fac ut in solium descendat, ibique calido balneo sanguinem concretum rigidamque cutem resolvat.

(Vers. 465 seqq.) Nosce etiam pestiferam marini leporis potionem, quae odorem squamarum et loturae piscium, gustum vero computrescentium aut illotorum piscium, quos squamae haerentes infecerunt, inducit. Sordidus hic et lutosus [pinguis] cirrhis suis foetum teuthidis refert vel teuthi sepiaeve tenebricosae, quae animadversis piscatoris insidiis mare felle suo obnubilat. Venenum ejus colorem membris infert pallidum nigro mixtum, arquato similem, carnes autem ipsae undique paulatim contabescunt; sequitur ciborum abominatio; cutis inflata maxime circa malleolos incenditur, oculi cavantur, malae rubore efflorescunt, urina parcius excernitur, eaque vel purpurea vel cruenta, denique omnes aeger dapes marinas aversatur et ad piscem quemcunque visum nauseat; cui tu large propina hellebori Phocaici potionem vel scammonii lacrymam, ut cum potu venenum simul rejiciat; dabis etiam lac asininum bibendum, vel malvae decoctorum caulium pingue jus, vel obolum cedriae. Denique mandat aeger poma rubra punicae vinosae vel Cretensis vel Promeneae vel Aegineticae, vel quaecunque grana dura et rubra araneosa (tenui) membrana distinguit; ipsorum etiam granorum fiscella inclusorum et prelo expressorum succum vinosum ebibat.

(Verſ. 495 ſeqq.) Si quis forte ſitiens ex fluvio aquam ſemota prius alga pronus hauſerit, aut noctu urnae inclinatae imprudens os admoverat, avida ſanguinis et ſummis innatans aquis tum ſolet una in os apertum et fauces irrumpere hirudo, quae quocunque eam impetus aquae attractae impulerit, infixa corporis ſanguinem exſugit, interdum portae anguſtae per quam ſpiritus tranſit, aſſidens, alias ventriculi orificio, ubi hominem angens extremos depaſcitur cibos; cui tu miſce in poculo acetum, vel nivem edendam praebe glacieinve aut glebam terrae ſalſae in potum reſolve; ipſum etiam mare hauries et ſole aeſtivo vel igni admotum denſabis; denique aut ſalem concretum (foſſitium) aut maris ſpumam, quam miſta mari aqua dulci in fundo ſubſidentem (et concretam in ſalem) colligunt ſalinarii, poculo admiſcebis.

(Verſ. 521 ſeqq.) Nec te malum terrae fermentum laedat, quod generatim omnes fungos appellant, ſpecies autem varias diverſis nominibus diſtinguunt. Nocet hoc in primis, cum juxta latebram ſopore torpentis echidnae (viperae feminae) natum venenatum oris afflatum exceperit; intumeſcentes enim fungi intra pectus hominem angunt cui tu caput tunicatum [caules, turiones] raphani [braſſicae] praebe, aut rutae caules virides, aut aeris florem, aut lixiviam cinerum ex farmentis cum aceto miſtam, aut pyrethri radicem aceto infuſam, aut nitrum, aut folia naſturtii hortenſis vel medici, aut ſinapin acrem, aut vini faeces combuſtas et in cineres redactas, aut fimum gallinae cohortalis; demiſſa etiam in gulam manu vomitum ciebis, quo noxam omnem rejiciat.

(Verſ. 537. Vulgo 616—628.) Haec etiam adverſus fungorum venena Nicander tradidit remedia. Magnum tibi auxilium praeſtabit etiam myrtus in humido nemore nata, (ſilveſtris) cujus fruticem exoſa Dictynna ſola coronam Junonis Imbraſiae (Samiae ex myrto nexam) non admiſit, quoniam Venus eam geſſerat tunc, cum magnum inter deas immortales de pulcritudine certamen in monte Ida intercesſerat.

Hujus

Hujus fructum purpureum solibus hibernis maturatum contere, et succum inde expressum tenuique linteo aut fiscella juncea percolatum cotylae mensura vel etiam majore aegro propina.

(Vers. 550. Vulgo 537 seqq.) Si cui poculum infestum datum fuerit ex lacerta venenata pinguique, [glabraque] quam salamandram vocant, ignis flammae non obnoxiam, solet inflammari lingua, et mox torpor frigidus cum gravi tremore membra corporis dissolvit, ita ut aeger vacillantibus pedibus terram infantum vel quadrupedum more perreptet; mens etiam animi obtunditur, et lividae in summa parte vibices, veluti maculae rotundae, in corpore frequentes apparent, atque immorante veneno saniem stillant; cui tu pini lacrimam seu resinam cum melle mixtam praebe, aut folia chamaepityos (trixaginis) cum strobilis pini cocta; aut urticae semen siccum cum ervi farina mixtum, urticamve (urticae folia) coctam cum hordeacea farina atque oleo mixtam affatim vel invito ingere; juvat etiam galbanea radix, (galbanum) atque ova calida (cocta) testudinis cornutae, juvant carnes pingues porcinae decoctae cum membris testudinis marinae, quae pinnis aequor celeriter pernatat, vel montanae cytisivorae, quam cortice spoliatam appositoque gemino oris (extremitatibus) cornu vocalem ex muta Mercurius reddidit; (testudinem seu chelyn musicam inde fabricatus.) dabis etiam ranas cum radicibus eryngii decoctas; quibus justum scammonii pondus in olla calefactum adjicies, atque ita aegrum morti propinquum servabis.

(Vers. 580. Vulgo 567 seqq.) Si quis poculum acceperit mixtum ex phryno (bufone) apricante, (aestivo, terrestri) aut muto brevi [hirto] qui vere [aestate] adhaerens fruticibus (arundinibus) roris linctu victitat, solet aestivi poculum pallorem velut herbae thapsi corpori inducere, membraque [artus] incendere; [inflara] spiritus confertus cum difficultate trahitur ex pectore, atque ora male olent. Cui tu carnem ranarum coctam vel assatam praebe, aut picem cum vino dulci mistam. Juvat etiam lien ranae lacustris clamosae, quae inter algas commorans

 morans

morans prima mortalibus laetum nunciat ver, oboli pondere datus; [exitialis rubetae gravedinem levat lien ranae etc.]. (Verf. 591.) At mutus (bufo), qui arundines frequentat, faepe buxeum pallorem corpori inducit, os felleum (fellea faliva) humectat, et fingultibus frequentibus orisque ventriculi vellicationibus aegrum vexat; femen etiam virorum feminarumque fterile effundens temere membris fpargit. Huic tu multum merum propina, atque vel invitum vomere coge; aut dolio bene calido inclufum ad largum usque fudorem excoque. Juvant etiam radices arundinum in patria ranarum palude natarum vino admiftae, aut vivacis cyperidis vel cyperi. Denique affiduis ambulationibus jejunum exficcabis et fatigabis.

(Verf. 607 feqq. Vulgo 594 feqq.) Nec te lateat potus infeftae et dolorificae argenti fpumae, quae ventriculo grauationem folet inferre; flatus enim intus circumvagati ftrepent circa medium umbilicum, veluti cum ileos gravis aegros cruciatibus infandis torquet; urinarum fluxus inhibetur, membra incenduntur (corpus intumefcit,) colorque mutatur in plumbeum. Cui tu myrrhae duo dabis obolos, aut hormini recentia folia, (graece eft recentem fufionem, alii femen nominant, aut hypericum montanum aut hyffopi caules; aut ficum agreftem aut femen apii quod ludis Ifthmicis, quibus funus Melicertae pueri mari fubmerfi honorabant, Sifyphidae adhibuerunt teftem; denique piper cum eryfimo una contufum in vino praebebis, aut cypri germina recentia, aut punicae fructum in calyce florali inchoatum.

(Verf. 624. feqq. Vulgo 611. feqq.) Quodfi taxi Oetaeae, abieti fimilis, poculum letale acceperis, ftatim malo, quod faucium iter anguftum folet intercludere, medibitur multa meri potio.

Haec Nicander ego, cujus tu, Protagora, obfervata Jovis hofpitalis lege in pofterum etiam recordaberis.

Finis Paraphrafeos Alexipharmacorum.

CORRI-

CORRIGENDA ET ADDENDA
IN
SCHOLIIS ET ANIMADVERSIONIBUS.

Pag. 33. lin. 15. lege: ἀντιφάρμακον, τρώγει, sublato puncto. P. 36. l. 20. ὀρχὰς P. 37. l. 5. κάθισμα, τὸν ῥύπον Ibid. l. 29. ἀποσ]ήσας P. 47. l. 5. πρὸς interpretatio videtur esse praepositionis περὶ, quam in textus versu 245. legisse videtur auctor Scholii. Ib. l. 7. videtur legendum αὐτὸ προσενηνεγμένους. Ib. l. 18. κατεσθίονται δαπανώμενοι Ib. l. 30. προϊέναι. βοηθεῖ P. 48. l. 5. ποθέντα. βοηθεῖ καὶ Ib. l. 7. τῷ ὀπῷ Ib. l. 9. περικαλυπ]ομένῃ P. 49. l. 7. τεθραμμένον Ib. l. 13. πλεονάζει Ib. l. 27. μελαινῶν· πινόμενα P. 50. l. 10. νεωσ]ὶ τεθρομβωμένος Ib. l. 21. θαλασσίων.) ἢ ὁποῖος Ib. l. 27. ἀπολλυμένῳ P. 58. l. 21. ὀργισθεῖσαν ὅμοιον P. 63. l. 13. χολῇ, τῷ P. 67. l. 24. πρακτικωτέραν P. 68. l. 21. μετὰ κώνων P. 69. l. 23. ὄσ]ρακον ποικίλον. καὶ ἀγκῶνας P. 73. l. 27. Δίκ]υννα. P. 74. l. 2. Pro ὅτι περὶ sententia poscit ὅτε περὶ Ib. l. 17. καὶ ἄρκιον.

In Animadversionibus.

P. 82. l. 3. Ἑλληνικοῦ Κρῆτας P. 86. l. 19. adde: Ab ἄλυγξ factum etiam Hesychii ἀλύκη χάσμησις. Ex graeco venit latinum verbum *alucinari*, *errare* apud Festum. P. 87. l. 32. ventriculi P. 91. l. 9. exanimari Ib. l. 18. M. R. G. Ib. l. 28. θήλεος καὶ δὲ P. 92. l. 9. ad ferri aciem P. 93. l. 22. τεθῇ ἡ ῥίζα ἢ φύλλον, αὐθημερόν. P. 94. l. 6. aridis lupos. P. 96. l. 17. Galenum Antid. II. 7.

P. 96. l. 27. adde: Quod plerosque intinctus acetum ingrediebatur, hinc ἐμβάμματα dicta sunt, quod docent loca Co-

lumellae XII. 34. ubi cum Salmafio lege *ad embammata* pro vulgata lectione: *decem bambatae:* et alter XII. 55., fect. 2. Mentae faporem embammatum mixturae familiarem habet Plinius 20. f. 53. Idem 22. f. 44. fonchum album ex embammate utilem orthopnoicis pronunciat. Huc pertinet etiam locus Ulpiani a Gesnero laudatus in Thef. L. L. de tritico vino et oleo legato, l. Si quis, *Embamma, aceti numero fuit.* Intuba ex embammate habet Apicius IIII. 18. Embamma ad cervum defcribit idem VIII. 2.

P. 97. l. 14. facit: item, P. 100. l. 10. ad verfus

P. 102. l. 6. *ἀπαγγέλλουσα*, et in fine adde: Auctor Scholii Goetting. intelligi cenfet non ipfam mori radicum fed corticis earum modo fuccum; cujus opinionis caufam cum in vulgata lectione nullam reperiam, ex veterum commentariorum aut medicorum de venenis fcriptorum, qui tum exftabant, auctoritate repetere malo. Scilicet de moro Plinius 16. fect. 72. *mirum, is in moro medicis fuccum quaerentibus vere hora diei fecunda, lapide incuffus manat; (cortex) altius fractus ficcus videtur.* Quae funt repetita ex Diofcoride I. 181. qui eadem de fycomoro Aegyptiaca tradidit. De moro tamen vulgari cum Plinio fenfit Marcellus Empiricus c. 12. et 13. qui mori lacrymam vel radicem incoctam et potui datam aquam folam ex alvo deducere ait. De fycomoro iterum 23. f. 70. *neque apud nos* (i. e. mori noftratis) *fucco ufus minor. adverfatur aconito --- in vino potus, alvum folvit, pituitas taeniasque --- extrahit; hoc idem praeftat cortex tritus.* Addit deinde: *fcorpionibus adverfatur e radice corticis fuccus ex vino aut pofca potus;* de fucco colligendo ita: *mora in Aegypto --- largo fucco abundant fummo cortice defquammato, altiore plaga ficcantur, mirabili natura.* Quae Diofcorides item docet l. c. *ὀπίζεται τὸ δένδρον πρὶν καρποφορεῖν ἔαρος πρώτου τοῦ φλοιοῦ ἐξεπιπολῆς λίθῳ θλωμένου· βαθύτερον γὰρ θλασθεὶς οὐδὲν ἀνίησι.* Foliorum fuccum ait (*χυλὸν*) morfibus phalangiorum

giorum mederi, aconito radicis decoctum. Sed haec ille de sycomoro omnia, a moro plane diversa, sed a Plinio medicisque multis latinis propter nominum, sycaminus, sycamorus et morus, similitudinem permutata et confusa, fructus adeo uterque communi nomine appellabatur. Itaque Plinius posteriore in loco medicinas ex utroque genere confusas posuit. De succo ibidem addit: *radix per messes incisa succum dat aptissimum dentium dolori* etc. quae eadem Dioscorides et Marcellus habent, sed de moro Dioscorides I. 180. ὀπίζεται περὶ πυραμητὸν τῆς ῥίζης περιορυχθείσης καὶ ἐγκοπείσης εὑρίσκεται ἐπίπαγός τις τῇ ὑστεραίᾳ. quem ad dentium dolorem adhibet etiam Galenus de Comp. Medic. sec. loca V. c. 9. συκαμίνου τουτέστι μορέας γάλα εἰς οἶνον ἐγχέας; ita satis caute propter nominis ambiguitatem locutus. Dioscoridis locum versio antiqua latina ex Arabico facta apud Vincentium XIII. 25. celsam vocat: *Celsa quam multi sicoaminum dicunt, latini vero morum --- Corium ejus aqua coctum et bibitum ventrem solvit --- eosque, qui aconitum bibunt, adjuvat.* Apparet, poetam morum arborem mora purpurea ferentem significare voluisse addito vocabulo φοινικόεσσης. Scholii Goett. auctor unde corticis radicum mentionem duxerit, dubium abhinc porro non erit. De natura succi corticis radicum qui verum discere volet, is adeat Murrayi Apparatum Medicam. Vol. IV. p. 599.

P. 103. l. 25. maxillarum P. 105. l. 19. in Lexico Ibid. l. 20. vulgatum vertit:

P. 105. l. 23. Adde: Verba ἐλοοῖσιν ὑποτρύει καμάτοισι vanum vomendi conatum cum dolore et anxietate animi conjunctum significare video; verbum ὑποτρύειν alibi nondum reperi; sed simile sic positum quaerenti suppeditat Stephanus ex Sophoclis Trachiniis versu 124. οὐκ ἀποτρύειν ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν χρῆναί σε. ubi Scholia recte interpretantur ἀποκάμνειν.

P. 106. l. 23. dele: *Paris.*

P. 107. l. 21. φιαρὴν

P. 108. l. 17. Adde: Χυλὸν κλώθοντα malvae decoctae Gorraeus tenacem interpretatus est cum Scholiis. Quod auctor Scholii recentioris Goett. κλώθοντα interpretatur χλωρᾶς, malvae scilicet, ab hoc loco aliena est haec verbi significatio; de qua accuratius docebo ad Theriacon vers. 30. 237. et 647. quibus in locis verba κλώθειν et χλοάζειν permutata fuerunt in libris vetustis. Alteram igitur Scholiorum interpretationem sequi oportet, et succum tenacem vertere. Forte poeta simul voluit radicum succum significare; nam Dioscorides in Parabilibus hoc ipsum medicamentum tradens μολόχης ἀφέψημα σὺν ταῖς ῥίζαις ponit. Scilicet Plinius 20. s. 84. de althaea seu malva silvestri: *mirum aquam ea addita addensari sub dio atque lactescere.* Quae transtulit ex Dioscor. III. 163. πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα καὶ ὕδωρ μιγεῖσα λεία καὶ συνεξαυθριασθεῖσα. Ita etiam Theophrastus H. P. IX. 19. qui althaeae ῥίζαν ἰνώδη tribuit, ubi ex Dioscoride ἰξώδη recte corrigunt. In Plinii loco contra ex Codice Pintiani corrigendum *glaciescere*, quod verbum accedet Gesneri Thesauro L. L. sane non tam diviti, quam vellemus. Ita Columella caseum glaciatum ramulis fici dixit, quem alii coagulatum, coactum. Althaeam latini dixerunt ibiscum; eamque intelligi puto, ubi radicis succus subdulcis, pinguis et lentus memoratur, cujus copia non solum reliquas sui partes althaea, sed reliquas etiam congeneres plantas longe antecedit. Hic quidem succus cum aqua excoctus refrigeratus cogitur in glaciem tremulam et semipellucidam. Cf. Murrayi Apparat. Medic. III. p. 358. Eandem succi naturam respiciens Nicander infra versu 487. μαλάχης λιπόωντας ὀράμνους commemorat. Ramos seu caules igitur utrobique poeta quam radices adhibere maluit poeta, nescio qua de caussa. De lepore marino testatur etiam Plinius l. c. *valent et contra venena — potae vero decoctae cum radice sua leporis marini venena restinguunt, et ut quidam dicunt, si vomatur.* ubi pessima fide cum lectore egit Harduinus, cum emendationis

egregiae

egregiae auctorem celaret lectorem. Scilicet Codex Pintiani scriptum habet: *valent et contra psitim venena.* Chiffletianus *contra phystim venena.* Harduinus ex Codice Regio 1. Colbert. 1. et 2. laudat lectionem eandem, ex Reg. 2. *psitim;* unde corrigit *contra presterum,* (quam ipsam lectionem ex libro nescio quo margo edit. Lugdunensis 1615. memoravit, sed plane ineptam) vel *contra psimmithii.* Sed ipse Pintianus rectius jam olim *psimmithii* scribi jussit; ex scriptura *psimythii* orta est varietas *phystim.* Deinceps ex eodem Pintianus et Chiffletiano libro scribit: *decoctae vero cum radice succo leporis marini venenum restingitur.* Vincentius Spec. nat. X. c. 88. locum illum ita excerpsit: *scorpionibus torporem affert, et contra venena confert. Aculeos omnes extrahunt illitae, crudae aut cum aneto potae. Decoctae vero cum radice sua, leporis marini venenum restinguunt, etsi vomatur, ut quidam dicunt.* Lugd. etiam Editio in margine laudavit *cum anetho*, ex Codice Chiffl. autem *cum anitro.* Omnem igitur Plinii locum ita corrigo: *Valent et contra psimithii venena; aculeos omnes extrahunt illitae crudae, aut cum anetho potae; decoctae vero cum radice sua leporis marini venenum restinguunt.*

P. 108. l. 18. κατακόψας καὶ λεῖψας

P. 111. l. ult. Ἀτάλυμνον

P. 112. l. 14. ovis

P. 112. l. 20. Adde: Locus aliter nisi de gummi explicari non potest, etsi medici veteres vel ex communi auctore vel ex Nicandri dubio vocabulo ὄσχαις falsi folliculorum ulmi humorem simul cum gummi ulmi commemorant. Scilicet ὄσχαι dicuntur et rami, unde ὀσχοφόρια Athenis celebrata, quanquam Grammatici quidem ὠσχοφόρια scribere maluerunt, et folliculi, unde testium receptaculum ὄσχεος apud medicos graecos audit. Utrique significationi satis bene convenit verbum καλείβεται, sed additum κόμμι vetat foliorum folliculos ab insectorum ictu natos cogitare. De ulmo Plinius 16. f. 71.

Cerasis succus gumminosus, ulmis salivosus. et 17. s. 43. *ulmis detrahitur succus mutilis.* de qua ratione dicam ad Columellae V. cap. 6. Idem 24. s. 33. humorem in folliculis arboris nascentem ex Dioscoride repetiit, cum lacryma seu gummi, sed ad aliendos usus. Gummin memorat etiam Theophrastus H. P. IX. 1. Deinde καρύην interpretari debemus amygdalum cum Scaligero ad Celsum; nucis enim juglandis gummin a medicis nominatam aut adhibitam non reperio; contra ex amara amygdala spissandi viribus efficaciorem et excalfactoriis affirmat Plinius 24. s. 64. cum Dioscor. I. 176. qui brevius: στύφει καὶ θερμαίνει. Ceterum latini amygdalam dicere soliti sunt nucem graecam, quasi Graeci hanc praecipue eo nomine appellarint. Sed mira in vocabuli utriusque usu varietas reperitur in Scriptoribus rei rusticae latinis, de qua docebo ad Columellae V. cap. 10. sect. 12. Is enim modo amygdalam, modo nucem graecam dixit; Plinius etiam 23. s. 76. de graecis nucibus tradit, postquam amaram amygdalam tractaverat. Itaque suspicari coepi, latinos scriptores amaram proprio vocabulo vocasse amygdalam, dulcem autem graecam nucem.

P. 113. l. 27. γάλα θερμὸν

P. 114. l. 12. πάντα, τὸ στῆθος

P. 120. l. 5. prius πάσχειν errore calami additum dele.

P. 122. l. 23. Adde locum Eutecnii omissum: Ὁ μὲν οὖν δή. κυκεὼν οὗτος γενέσθαι γὰρ οὖν λέγεται τῆς Δήμητρος ποτὸν τρόπῳ τοιῷδε. ὡς ἀφίκετο (Codex alter τοιούτῳ· ὡς ἀφίκετο δὲ) Δημήτηρ εἰς Ἐλευσῖνα τῆς Ἀττικῆς μετὰ τὴν πολλὴν ἐκείνην πλάνην καὶ κακοπάθειαν, ἣν ἁρπασθείσης τῆς θυγατρὸς ἔδοξε πλανᾶσθαι, ξενίοις ὑποδέχεται Μετάνειρα αὐτήν. γυνὴ δὲ ἦν ἄρα οἶμαι ἡ Μετάνειρα τοῦ Κελέου· οὐ γαρ δὴ παρὰ τῇ Τυροῖ τῇ Ἱπποθόωντος κατήγετο. βαρυνομένην γοῦν τῷ πάθει, καὶ ἐν συννοίᾳ καθημένην αἰσχρορημονήσασα ἡ Ἰάμβη μεταβάλλει αὐτήν· ἡ δὲ τέρπεται μὲν καὶ σφόδρα ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖ-

σιν

σιν ἡ Δημήτηρ παρὰ τῆς Ἰάμβης, γελάσασα δὲ ἐπιθυμεῖ πιεῖν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν γίγνεται τῆς Δήμητρος οὕτως ὁ κυκεὼν ποτόν. Hippothoontis conjugem Tyro alibi nominatam nondum legi.

P. 125. l. 28. δύναται P. 126. l. 11. μολόθουρος

P. 128. l. 7. Χησιὰς Ibid. l. 32. Fimum

Ibid. l. 34. commendat. In fine adde: Plinii locus alter exſtat 20. ſ. 51. Scribonius Comp. 189. *prodeſt item irinum oleum ex ruta tritum et potum.*

P. 130. l. 19. Adde: Similiter *popularia loqui* ex graeco dixit Laberius apud Nonium p. 150. ed. ſec. Mercerii.

Ibid. l. 30. Adde: Τῷ μέντ' etiam Editio Steph. et Lectii. Τῷ γ' ἦτ' Vorſtii liber habet, admonente P. Burmanno in margine Nicandri Pariſ. 1557. quem mea cauſa rogatus inſpexit Chr. Saxius V. C.

P. 131. l. 21. ὀρταλίχων

P. 134. l. 18. Adde: Qui miſeris modis alibi ingenium torſit in conquirendis epiſodiis, quibus lectorum taedio mederetur, ſatis feliciter incidit poeta in hunc exceſſum de vino paſſo ex uvis paſſis ſeu in vite relictis et ſole ſiccatis parato, cujus rationem accurate docet Columella XII. 39. Utinam Nicander molliore junctura verſus deinceps ſex ſatis eleganter tornatos cum praecedentibus commiſiſſet. Contra in hoc ipſo capite alterum de elementorum imperio epiſodium nimis longe arceſſitum, et ut dicam, quod ſentio, plane ineptum mihi eſſe videtur.

P. 135. l. 22. et 23. τενθρηδόνα

P. 138. l. 28. Adde: Vulgatum ἐμπάζοντες correxit Stephanus, quocum facit Lectius et liber Goett. Idem verbum idem Steph. reſtituit infra verſu 282. ubi reliquae Edd. ἐμπάζεται habent.

P. 142. l. 2. Laſer e vino. Ibid. l. 19. παρωλισθηκὸς Ibid. l. 24. παρωλισθηκὸς Ibid. l. 28. retundat.

P. 148.

P. 148. l. 6. ἐσθιόμενος. Ibid. l. 30. ab oris. Ibid. l. 34. ἄρουραι

P. 152. l. 14. Adde: In loco Lucani nunc non dubito virgas Sabinas interpretari quam herbam Sabinam dixere Romani scriptores, quamvis potius ad arborum genus pertineat, recte monente etiam Plinio 16. s. 33. Nominis originem aperit versiculus in Culice: *herbaque thuris opes priscis imitata Sabinis*, cum quo sentit etiam Ovidius Fastor. I. 341. et Plinius 24. s. 61. Haec igitur sabina inter arbores et frutices media stipite, et foliis sempervirentibus imitatur taxum; itaque taxum satis bene Lucanus cum herba sabina comparasse videri potest. Major superest in nomine gentis dubitatio, quod miris modis variant libri scripti. Parthos ex taxo arcus conficere traditum accepimus; possunt igitur etiam Sabaei dici toxica ex eadem arbore collegisse. Verum varietas lectionis potuit etiam spectare populum aliquem Europae. Cantabros Hispaniae senectutem taxo praevertisse elegans est conjectura viri docti in loco Silii III. 329. ubi vulgo *saxo* legitur. Ita Cativolcum Eburonum regem taxo in Gallia Germaniaque frequenti se exanimasse refert Julius de B. G. VI. 31. Ceterum, ut hoc obiter moneam, in libris Dioscoridis nomen taxi alterum diversis modis scriptum reperitur, θύμιος, τιθύμαλος, θύμαλος. Sed Aetii graecus Codex θύμηλον nominat. Ubi deinde Dioscorides 4. 78. Carboniam vel Narboniam nominat, ibi versio antiqua apud Vincentium XII. 107. Calabriam posuit; postea verba: τῶν δὲ ἐν Ἰταλίᾳ γενομένων τὸν καρπὸν ὄρνιθια ἐσθίοντα μελαίνεται. eadem versio ita reddidit: *in Italia quidem ejus semine impinguantur gallinae*. Scilicet in Codice antiquo Lacuna scriptum reperit πνίγεται; sed interpres latinus πιαίνεται in suo repererat.

P. 152. l. 22. defossa. Ibid. l. 25. irremediabile id.

P. 155. l. pen. combusta.

P. 157. l. 10. Initio notae lege μιαινόμενος et in glossa interl.

interl. ἀλειφόμενοος. Sententia tamen loci postulat, ut *μιαινομένοις* legamus; pluralem numerum expressit etiam Eutecnius. Verba ipsa ita sunt ordinanda *ἥν τις ἐνδάξηται — οὗ* (i. e. ejus) *δευομένου περὶ χεῖλη ἰάπτεται — οἷα — χρῶτα μιαινομένοις.* Post *ἀλθωθέντα* majoris distinctionis signum erat ponendum.

P. 158. l. 9. Corrigo locum Eutecnii ita, *ἐκ τῆς χροιᾶς*

Ibid. l. 27. *λύματα.*

P. 163. l. 26. Adde: Castaneae nominis etymologiam hanc posuit Isidorus Orig. XVII. 7. *Castaneam latini a graeco appellant vocabulo; hanc enim graeci κάστανον vocant, propter quod fructus ei gemini in modum testiculorum intra folliculum reconditi sunt, qui dum ejiciuntur quasi castrantur.* Quem locum minus ineptum posuit Vincentius Spec. natur. XIII. 6. et XIV. 16. *Castanea dicitur eo quod fructus ejus gem. in mod. test. rotundi sunt.* sed altero in loco rectius habet *testic. intra foll. reconditi sunt.* Itaque graeci vocabuli mentionem ab aliena manu accessisse puto. Etymologia Isidori, quanquam inepta, ducit tamen nos ad fontem antiquae observationis, de geminata castaneae nuce intra calycem. Hinc illud Plinii 15. f. 25. *trini quibusdam partus ex uno calyce, cortexque lentus.* Cui vero speciei castanearum proprius sit nucum numerus, equidem dicere nunc non habeo. In congenere fago, cui olim fuit inserta castanea, numerus is, ut et tertiarius solennis est nucum trigonarum, quales etiam populares seu vulgares castaneas esse monuit Plinius. Ceterum a Nicandro significari membranam ambientem castaneae carnem, cum grammaticae rationes mihi nunc persuadent, tum ipsa etiam medicinae austerae a Nicandro commendatae et membranae istius natura cogunt ita interpretari verba paulum obscura poetae. Egregie hunc locum expressit Gorraeus: *et cape qui carnem siccus liber implicat imam;* nisi quod *intus* vel *ipsam* legi malim. Ceterum lectionem *δασυφλοίοιο* probavit H. Stephanus in Thes. et posuit in Editione sua.

P. 165.

P. 165. l. 7. Adde: De hoc loco dicentur quaedam infra ad vers. 333.

P. 166. l. 31. ῥέχθῃ

P. 168. l. 28. ovorum vitiatorum.

P. 174. l. 4. Adde: Nunc demum video caseum recentem intelligendum, nec Cornario assentiendum esse. Ecce enim Columella VIII. c. 17. sect. 13. *quique sunt cibi sorbilibus proximi, ut e mulctra recens caseus.* Idem VII. c. 8. sect. 3. de caseo conficiendo caprino: *Sed mulctra cum est repleta lacte — haud procul igne constituenda, et confestim, cum concrevit liquor, in fiscellas aut in calathos aut in formas transferendus est.*

P. 174. l. 7. σιλφῶν

P. 175. l. 3. habere

P. 176. l. 6. πλεονάζειν

P. 180. l. 25. Adde: ῥάδικα *radicem* similitudine vocis latinae ex graeca ortae deceptus vertit Gorraeus. Κακοφλοίοιο idem recte *olidae*, ut jam monui. Intelligitur enim conyza mascula, latine cunilago vocata, odoris foedi, auctore Plinio 20. f. 63. seu potius Dioscoride III. 136. qui βαρύοσμον dixit.

P. 181. l. 5. Adde: Lectio libri Paris. κνάσας ducere mihi videtur lectorem ad veriorem vulgata: διὰ ῥεῖα κνάσσαις, quam Eutecnius διαλύσαι, Gorraeus *incides in frusta* interpretatus est. Contra Scholia vulgatam expresserunt. In simili versu supra 278. ante verba νοῦσον δὲ κεδάσσαις excidisse duos dimidiatos versus nunc suspicor.

P. 182. l. 31. ingesto Ibid. l. 33. Mousetum P. 183. l. 2. meloae Ibid. l. 4. meloam Ibid. l. 7. illarumque P. 185. l. 23. tacto felle P. 187. l. 13. τρύπας Ibid. l. 33. πυθμὴν P. 188. l. 13. de olivis P. 194. l. 5. Κρυόεντα

Ibid. l. 9. Adde: Aetius admonuit, eadem remedia valere contra sanguinem taurinum et lac coagulatum. Itaque Nicander hic contra lactis coagulum dat spicam thymi, quam alii contra sanguinem. Dioscorides III. 44. μετ' ὄξους αἵματος

θρόμβους

θρόμβους διαλύει. unde Plinius XXII. f. 89. *sanguinem concrescere non pati.*

P. 196. l. ult. *sine coagulo* P. 201. l. 13. χορίων Ibid. l. 29. Cangii P. 202. l. 23. τῆς Λιπαρᾶς P. 207. l. 18. ἢ ναρθοσλάχυος P. 208. l. 11. Smyrnion P. 210. l. 12. ὡμηλύσια P. 213. l. 3. κυμίνοις Ibid. l. 8. innoxium P. 214. l. 29. linescentibus P. 215. l. 7. offendit P. 217. l. 21. ἀπογαζεσθαι P. 218. l. 30. Ἤρυγγε P. 219. l. 18. γίνεσθαι Ibid. l. 11. Alliorum Ibid. l. 26. Jolles P. 220. l. 11. δεῖ ἀνάστειλε Ibid. l. 12. ἐνιότε ἐν αὐτοῖς P. 222. l. 19. Διαθρύψαι.

P. 222. l. 22. Adde: Originem fabulosam mellificii in Attica reperti tangit ex Hygino Columella IX. 2. 4. *Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando et in qua regione primum natae sint, utrum in Thessalia sub Aristaeo, an in insula Cea, ut scribit Euhemerus, an Erichtonii temporibus in monte Hymetto, ut Euthronius, an Cretae Saturni temporibus, ut Nicander.* ubi libri scripti optimi *Erechtei* praeferunt, quam equidem formam praefero, quamquam jam olim Erichtonii et Erechtei nomina et facta permutata et confusa fuisse constat. Videsis Heynii notas ad Apollod. p. 837. 840. et 867. Varietatem *Hymeto* libri ante Victorium editi offerunt. *Euthronium* Pontedera recte censuit in *Euphronium* mutandum, cujus auctoritate usus est Plinius in libro nono, ubi disciplinam apium tradit. Euphronium Atheniensem alterum Amphipoliten laudavit etiam Varro R. R. I. 1. 8. ubi vulgo male *Euphranii* editum nomen legitur. Hunc ipsum Atheniensem intelligi a Columella satis arguit inventio mellificii Atticae ab eo vindicata. Nicander ipse alibi Cretae attribuit, quod factum ab eo esse puto in Georgico carmine, cujus fragmenta satis insignia sed mire vitiata a librariis servavit Athenaeus.

P. 223. l. 23. ἐμβοῶν.

P. 224. l. 30. Adde: μαλθέντος ἄλφιτα Scholia pro in-

terpretatione apponunt Homericum τρίγληνα μορόεντα, quod ipsum variis dubitationibus interpretum vexatur. Nam scholia explicant ita, ut idem esse putes μορόεντα, quod Nicander ἀτμένιον dixit, oleum multo labore seu a servis paratum, ut Scholia interpretantur. Contra Ernesti solebat μορόεντα interpretari nigra a similitudine mororum vel colore gemmae, quam morion veteres appellabant. Olivae quidem maturae omnes fere nigrescunt; poterat igitur Nicander oleum ex oleis maturis expressis nigrum dicere. Oleas in arce Athenarum Minervae sacras, Μορίας vocatas, vix cogitare hic licebit.

P. 225. l. 6. βρέξθυι

Ibid. l. 24. Adde: στλέγγα sunt quae medici graeci in hac vel simili medicina ῥάκη solent dicere, etiam ῥάκη Κιλίκια, seu pannos Cilicios, ex lana caprina textos, et magis asperos; quo ducit etiam locus Scribonii, qui in hac ipsa cura pedes assidue manibus siccis aut linteo aspero fricari jubet. Forte is hunc ipsum locum vel fontem Nicandreum ante oculos habuit, et γυῖα artus et pedes interpretatus est, quem usum ipse Nicander in Theriacis frequentavit. Sequitur, ut de loci interpunctione moneam, quam ita corriget lector, ut comma post τρῖβε sublatum removeat et post βάπτων ponat; ita tamen ut meminerit inepte dici a Nicandro ποτὸν, vinum cum oleo mistum, quo pannus imbuitur. Χλοερὸν λίπος licebit interpretari oleum viride et acerbum, de quo copiose dicetur ad Columellae librum XII. Fateor tamen mihi magis placere lectionem χλιαρῷ, i. e. calido oleo, quae postea mihi in mentem venit.

P. 229. l. 20. initio dele *pro* P. 230. l. 11. Praeterea etiam P. 233. l. 6. οὐρεῖται Ibid. l. 14. Scholia repetunt. Ibid. l. 19. μισεῦσιν ἰχθὺν P. 234. l. 5. Ceterum a δέρκω est δρὼξ, δρακὸς, vox rara de oculo; unde δρώκειν repetunt Grammatici. Verbum μυδάσσεσθαι pro μυσάττεσθαι alibi nondum reperi. P. 236. l. 14. p. 168. Aetius: Ibid. l. 22. ἄλληξ Κρηνίδος Ib. l. 23. Verba: *Videtur ... corrigere* dele.

P. 237.

P. 237. l. 8. quae singula ... b ...

Ibid. l. 20. Adde: Κάρφη licebit semina et ligna interpretari. Ita enim Plinius 13. f. 34. *apyrenum vocant* (ita enim Vinc. pro *vocando*) *cui lignosus nucleus abest; sed candidior ei natura et blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis. Alia structura earum quaedam ut in favis communis. Nucleos habentium quinque species, dulcia acria, mixta* (Vinc. *mitia*) *acida vinosa. Samia et Aegyptia distinguuntur erythrococcis et leucococcis.* Ita enim recte, Dalecamp. pro *erythrocomis et leucocomis* scribi voluit. Altera igitur specierum distinctio fuit facta per colores granorum. Cutis granorum communis candida est, auctore eodem 15. f. 29. *plurimum acini differunt ederae sambucique et figura etiam punici, angulosi quippe soli; nec cutis illa singulis, praeter communem, quae est candida, totisque succus et caro est, iis praecipue, quibus parvulum inest ligni.* Postrema verba pertinent ad apyrena punica, quae ineptissime alio traxit Harduinus. Membranam candidam proprio nomine ciceum fuisse vocatam, jam alibi monui; sed idem Plinius amaram esse eam statuit in altero loco. Ubi tamen Vincentius legit: *sed candidior ei natura ut blandior est acini minusque amari, membranis distincti* quam lectionem unice probo, Pintianus malebat: *sed candidiores natura* etc. Hinc igitur apparet apyrenorum grana candida fuisse, granorumque medullam minus amaram quam in vulgaribus generibus. Martialis apud Palladium Martio X. sect. 5. docet qua cura grana candida in punicis efficiantur; cum igitur colorem granorum arboratoris cultus praecipue quaerebat. Quinque granatorum genera cum Plinio facit etiam Isaac medicus, et ex eo Crescentius VI 13. sed aliter distinguit, scilicet pontica acida, muza, dulcia et insipida appellans; quorum quidem muza ait esse inter dulcia et acetosa media. Reliquam structuram ita explicat Plinius: *alia structura eorum quaedam ut in favis communis.* Scilicet pomum ipsum punicum novem loculis distinctum grana

 na

na duplici ordine inclusa loculis gerit; quos loculos gemino granorum ordine refertos cum favis ἀμφιστόμοις comparat Plinius; *castra* vocat Avienus, postea *domos*; grana ipsa per loculos dispertita *examina flammea*, id est rutila. Ita Columella X. 243. *punica, quae rutilo mitescit tegmine grani.* Philippus Analector, Brunckii T. II. p. 217. ῥοιὴν ξανθοχίτωνα dixit; nescio an a vulgari diversum punicum. Ceterum in nota ad versum 491. quaedam ex his corrigenda esse, lectorem admonitum volo.

P. 237. l. 30. lectorum, P. 239. l. 27. Vulgo ὥσπερ P. 240. l. 14. ῥοιζηδὰ P. 241. l. 20. redire P. 242. l. antepenult. πληρούμενοι P. 243. l. 30. laeusculus P. 244. l. 28. πατουμένην

P. 245. Quae ab initio usque ad lin. 12. traduntur, partim corrigenda sunt ex nota serius apposita ad versum 514.

P. 253. l. 10. Scholia κράμβης seu brassicae καυλοὺς et ἀσπάραγον interpretantur; quam bene, nescio. σπειράδεσ κεφαλῆς supra in versu 253. σπερματώδη et σπεῖρα πολλὰ ἢ ἐνδύματα ἔχουσαν scillae tunicatum caput interpretantur. Sed neutra significatio cadit in raphani radicem capitatam. Igitur caulem seu cymam turionemve intelligere oportet, in quo germinis folia complicata licet agnoscere. Brassicam capitatam an notam veteres Graeci habuerint, potest dubitari.

P. 254. l. 9. ἐγκαθιζόμενον Ibid. l. 20. Atqui urticae P. 256. l. 10. ἀλλασσομένων καὶ Ibid. l. 28. monet, generatim P. 257. l. 8. Adde: Steph. Lectius et Gorraeus κατασπαρμένων ediderunt. Ibid. l. 9. sequentibus versus P. 259. l. 7. explicat. Plinius Ibid. l. 29. pingui corio. P. 264. l. 17. σαλαμάνδρα ἢ φαρμακίτις P. 265. l. 2. ex ejus morsu P. 266. l. 1. Atque P. 267. l. 9. κρίνοις Ibid. l. 25. lege: 22. sect. 15. P. 271. l. 6. qui addit, olim Ibid. l. 11. potius est lignum Ibid. l. 31. contra toxica et aconita

Ad p. 272. l. 19. etiam κέγχρας. Enteenii verba haec sunt:

sint: *ἐπειδὰν δὲ πλήττῃ τις ἐκ Φρύνου φάρμακον κατεσκευασμένον.* Deinde sequuntur verba *ἔφωνος*, et cetera quae posita reperies p. 273. in fine.

P. 273. l. 2. Eandem Ibid. l. 3. mutam Ibid. l. 8. vele *monet* P. 274. l. 1. minima est. Ibid. l. 16. confundere; interpretis tamen optimi P. 277. l. 13. multo plura

Ibid. l. 27. dicam in Histor. naturalis seu Physiologiae Amphibiorum Specimine proximo; alterum enim, quod post scriptas has notas publicavi, Stellionum seu Geckonum historiam et species enarrat et salamandrarum historiae in his Commentariis tractatae quaedam addit.

P. 278. l. 7. Adde: Nunc demum vitium loci Pliniani agnosco, dum inspicio notas J. Fr. Gronovii ab Harduino plane neglectas. Scilicet vulgo verba ita vulgantur: *quae fiant ex ipsis*: deinceps novam sectionem XIX. exorsus Harduinus posuit: *Auxiliatur vero etiam efficacius colubra in aquis vivens.* Sed Gronovius Vossiani libri memorat hanc lectionem: *Item his ranis — auxiliatur vero, etiam efficacius est.* Codices alii quatuor Gronovii habebant scriptum: *Item his ranis lienem — auxiliatur jecur vero etiam efficacius.* ex quibus liber Menapius Gudianus et Andegav. quoque *efficacius est.* Praeterea Andegav. *auxiliantur.* unde vir egregius corrigebat: *Item de his ranis lienem contra venena, quae fiunt ex ipsis, auxiliari; cor vero etiam efficacius. Est colubra in aquis vivens.* Laudo conatum, sed jecur erat retinendum. Itaque locum restituo: *jecur vero etiam efficacius.* Ita Plinius secum ipse in gratiam redit et cum Heraclide apud Aelianum.

P. 279. l. 16. Nicandri Ibid. 7. ab Aetio P. 281. l. 16. Postea philothrum.

P. 282. l. 20. adde: Eutecnius haec et superiora ita vertit: *ὠχροὶ δ' ἐὰν οἱ πάντες μάλιστα ἐκ τούτου γίγνονται καὶ τῇ δάφνῃ τὴν χροιὰν τὴν αὐτὴν ἔχουσι, τὰ μέλη ὑποπιμπράμενα αὐτῶν ἐστιν, ἀσθμαίνουσι πολὺ καὶ συνεχῶς, ἐχθιστὸν δέ ἐστιν αὐτοῖς ὅπερ ἀσθμαίνουσι, διότι χαλεπὸν ὀζόζει, καὶ*

χωρεῖ διὰ τοῦ σ͂τόματος αὐτῶν βαρεῖά τις ὀδμή. Ἀλλὰ τούτοις μὲν ὠφελιμώτατον τυγχάνει ἑψηθεὶς βάτραχος· γένοιτο δ' ἂν εἰς τροφὴν κάλλιστον καὶ ὀπτὸς ἢ πού τισι δοθῇ, καὶ κίσσα σὺν οἴνῳ ἑψηθεῖσα ποθεῖσα μέγιστα ὠφελεῖ. αὔταρκες δὲ πρὸς σωτηρίαν καὶ σπλὴν ἂν γένοιτο τῷ λαβόντι εἰς ὀβολὸν σταθμοῦ λιμναίου βατράχου τοῦ ἐπὶ τῶν βρύων ἀνιόντος καὶ προκατατέλλοντος τὴν ἔαρος ὥραν, καὶ ὡς οὐδὲν ἄρα τοῦ ἔαρος τυγχάνει κάλλιον. ὁ δέ γε ἕτερος τῶν βατράχων, ὁ τὰς θάμνους ἐπιὼν τῷ θέρει φωνὴν δὲ οὐκ ἔχων, ποιεῖ μὲν ὡς πύξον γίνεσθαι τοῦ βλαβέντος τὸ χρῶμα, κατὰ δὲ μοχθηρᾶς τὸ στόμα ἐμπίμπλησιν ὀδμῆς, λυγμούς τε ἐπιγίνεσθαι, καὶ ἐπιλήσμονα συνεχῶς παρέχει... ἔτι μὴν ἀγόνους ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἀντικρὺ τὸ δεινὸν τίθησι. et caetera quae posui p. 284. l. 5. Scilicet caput de rubeta primum enarrare coeperam, antequam Eutecnium per particulas discerptum; integrum tamen, singulis locis addere constitueram; atque ita factum est, ut in hac tractatione ea tantum verba laudarem, quae ad interpretationem poetae verborum facerent; quaedam tamen animo tanta notitiarum varietate et argumenti difficultate distracto oblitus omiseram, nec satis accurate inspexeram. Manifestum enim est, Eutecnium legisse scriptum in libro suo καί τε σπλὴν ὀβελείῳ (vel ὀβολῷ) [illegible] ἀρκέσει: inde enim ὀβολοῦ σταθμὸν duxit. Atque ita epitheton ἑλεῖοιο vanum abit, quod ad lacustrem ranam, veris nunciam, difficilem habet interpretationem. Quare non dubitaverim Eutecnii lectionem probare.

P. 283. l. 9. noster Theriaca versu 6[illegible].

P. 284. l. 14. Eutecnius ita: καὶ [illegible] πολλὴν ἐγχέων καὶ παρέχειν τιν[illegible] [illegible]. ὡσαύτως καὶ τὰς δι' ὀστράκων πίθου τῷ [illegible] ρίνο προσθεῖτο· καὶ [illegible] ἦν λίαν ἀνιάτως φαίνοιτο καὶ πονηρῶς ἔχων, ἱδρώσας οὐκ ἂν μὴ ῥᾷον διατεθήσεται. ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ τῶν μεγάλων καλάμων τὰς ῥίζας ἀποτεμὼν [illegible] ἐμβαλὼν [illegible] περιέφυσε [illegible] καλάμους οἱ δάγρει [illegible] τούτους.

τούτοις πάντως καὶ λιμνώδεις τόποι. αὐτὰρ ὅγ' ὧν καὶ παῖς χαι- παρίοι κέχρηται πρὸς ἐκεῖνον ταύτου τοπός. ἄλλως δὲ ἀνέτρεπε, et cetera, quae p. 283. l. 19. leguntur.

P. 288. l. 13. Adde: Horminum sativum apud Graecos in hortis cultum putatur esse Salvia sclarea Linnaei. Cyprum versu 622. Gorraeus vulgari errore ligustrum vertit, cum cyprus sit Lawsonia inermis Linnaei, Arabum *Aldanna*.

P. 289. l. 29. dele verba: *Vulgo ἀέθλους* ut scribi debebat. P. 290. l. 20. *νεοθαλῆ* P. 298. l. 16. emendatiorem Ibid. l. 27. Eleusiniorum P. 303. l. 10. *πνεῦμα θλιβόμενον* deleta distinctione P. 304. l. 26. *χειαῖς*

Ad p. 96. versum 48. lin. 13. Adde: Locum egregie interpretatur Plinius 27. c. 46. *cocco Gnidio color cocci, magnitudo grano piperis major, vis ardens. Itaque in pane devoratur, ne adurat, cum gulam transit. Huic vis praesentanea contra cicutam.* Scilicet in libris veterum saepe aconitum cum conio seu cicuta fuit permutatum; praeterea vis calefaciendi in utroque veneno requiri videtur ad remedia. Certe plura a Nicandro nominata contra aconitum eam vim testantur utilem habitam fuisse, veluti calx viva, ruta atque aliae herbae. Βλάβην nominat poeta dubio vocabulo; caulem enim, folia et fructum adeo significat apud poetas. Ceterum fruticem humilem, coccum Gnidium ferentem thymelaeam vocari cum Dioscoride IV. c. 173. tradit Plinius 13. c. 35. addens eundem chamelaeam, cnestron et cneorum appellari. Oleum ex baccis expressum ad medicamenta habet 15. c. 7. et 23. c. 45. De chamelaea idem 24. c. 82. *alvum purgat, extrahit pituitam bilemque, foliis in duabus absinthii partibus decoctis, succoque ex cum melle poto.* Scribonius Largus Comp. 136. *Purgat belle Chamelaea, quae herba olivae similia folia habet, quorum quinque vel sex ... trita ex aquae mulsae cyathis,* quam formulam exscripsit Marcellus p. 211. Confer etiam Dioscorid. L. 172. Archigenes apud Galenum Compos. Medic. sec. loca

IX. 3. hydropicis dat medicamentum hoc: *cneori, quam aliqui chamelaean appellant, teneras nascentias vel calamorum radices noscentes exsuccato, at succi cyathos III. ammixto vino mulso quotidie exhibeto.* Nescio quomodo Plinius cum Dioscoride in petrosis nasci voluerit chamelaeam, Archigenes circa calamos. Semina et folia tenera adhibet Marcellus Emp. p. 212. qui cestin olivae latine dici monet herbam. A similitudine olivarum Hispani hodie *Olivilla*, Galli *Garou* vocant. Est Linnaei Daphne laureola.

Ad p. 123. versu 155. ϰερόεντα. Hanc formam non memini in alio poeta reperire. Videant igitur doctiores, an usitatior ϰεράεντα sit substituenda.

Ad p. 135. vers. 181. Adde: Non sine errore dixi, vinum e psithia vite fieri austerum pramnio simile. Contra Plinius 14. f. 11. *vinum omne dulce minus odoratum: quo tenuius, eo odoratius. Psythium et melampsythium passi genera sunt, suum saporem non vini referentia.* Atque etiam Virgilius II. 93. *et passo Psythia utilior, tenuisque lageos.* Ubi similiter passo, ut pote crasso et pingui, quod fermentando non fuit attenuatum, nec in vini saporem transiit, opponitur vinum tenue et odoratum ex lageo uva expressum, quod fervescendo pinguedinem musti exuit. Idem IV. 269. uvas passas psythias dixit *psythia passos de vite racemos.* Psithiam vitem cum Corcyraea et chloride vocata, albas omnes et pingues tenui terrae convenire monent Geoponica V. 2. f. 4. Melampsithia igitur a colore nigro fuit dicta. Raram uvis propter exiguitatem acinorum minus fluere in Italia monet Colum. III. 3. 24. Scilicet exiguitas acinorum et pinguedo succi dulcis ad uvas passas eligebatur, quanquam romani ad passas majores uvas seligebant. De quo dicetur accuratius ad Columellam XII. 16. Hoc tantum volui monere, a Nicandro signari vinum passum, quod fit ex uvis in vite ipsa sole maturatis et siccatis. Psythiae vites passum, non vinum dabant, sui saporis, dulce tamen et pingue.

Y Plane

Plane igitur diversa vitis Psamnia a Psithia fuit; et potuit Nicander psithiam ipsam ἡδυῖον dicere propter pinguem dulcedinem in passo laudatam. Hodie uvas passas eas, unde vinum passum fieri solet, dicunt Cubebas, et passum inde factum vinum Cubebarum. Vide Vollständige Abhandl. des Weinbaus. Francof. 1766. Vol. I. p. 386. seqq.

Ad p. 223. l. 14. Adde: Ex thymo mel optimum confici testantur etiam Varro III. 16. 26. et Columella IX. 4. 6. Contra tertii generis mel minime probatum; quod ericaeum vocetur habet Plinius XI. f. 15. Dioscor. I. 117. οὗ τῷ ἄνθει μέλισσαι χρώμεναι μέλι ἐργάζονται, οὐ σπουδαῖον. Quod ad verba poetae attinet, noster Theriac. versu 610. λάζεο δ' ἀνθεμόεσσαν ἄφυς τανύφυλλον ἐρείκην, ἥντε μελισσαῖος περιβόσκεται οὐλαμὸς ἔργων. ubi Scholia: ἐρείκη εἶδος βοτάνης ἥτις φύλλα ἔχει τῷ μυσσῷ παραπλήσια μακρότερα δὲ καὶ τραχύτερα (Goett. παχύτερον G.) Plinius 24. f. 39. *Ericen Graeci vocant fruticem non multum a myrice differentem, colore roris marini et paene folio. Hoc adversari serpentibus tradunt.* Diosc. I. 117. δένδρον θαμνῶδες dixit. Plinius 13. f. 35. *sicut erices folia contra serpentes.* Contra viperae morsum commendat Archigenes apud Paulum Aeginetam. Idem de erice ab aequinoctio ad Vergiliarum occasum florente: *plurima fit erice: Athenienses tetralicem appellant, Euboea sisaram, quam putant apibus esse gratissimam, fortassis, quia tunc nulla alia sit copia.* Ubi Codex Chifletianus pro *erice* habet *erithace*, idem *sysyrum*. Editio princeps Plinii *sisirum* habet. Vincentius Sp. nat. XX. 101. *cum in Affrica sola myrica floret in sylvis.* unde forte legendum est: *cum in Attica sola erica floret in sylvis.* Pro tetralicem Harduinus ex Columella IX. 14. f. 11. malebat *tamaricem* legi, ex cujus floribus Columella auctumno confecta mella ait hiemi reponi ab apibus. De qua nominum ericae, myricae et tamaricis confusione antiqua dicam olim ad locum Columellae. In Varrone de R. R. III. 16.

26.

26. mel ex flore *sisarae*, vel, ut liber Polit. habet, *sisarae* confectum dicitur liquidum; quare negabat Pontedera ericaeum ibi intelligi, quod auctore Plinio l. c. *sit harenoso simile.* Contra forte mihi licebit suspicari Varronis locum ex eodem fonte ductum, unde et Plinius sua hauserat, esse lacunosum, et mentionem mellis ex thymo confecti excidisse. *Scilicet thymosum non scit et tantum praetenuia Sicilia mittit* auctore Plinio 11. s. 15. idem spissum e rore marino memorat. Quid igitur si fuerit olim in Varrone: *liquidum mel, ut e thymo; arenosum, ut ex sisarae flore; ex alia contra spissum, ut e rore marino.* Sed haec obiter. Nicander ericen nominavit post thymum, quoniam absumtis thymi floribus apes Atticae ex erica mel auctumno conficiebant. Varietas lectionis ἠνεμόεσσαν forte designat altitudinem ericae et speciem; quo respicit etiam glossa Hesychiana ex commentariis vetustis Nicandri ducta, ubi est ἀνθεμόεσσαν, ὑψηλὰ ἄνθη ἔχουσαν.

F I N I S.

